[illegible]

EPHEMERIDES
Cæleſtium Motuum
IO. ANTONII MAGINI PATAVINI,

Mathematicarum in almo Bononienſi Gymnaſio Profeſſoris,

Ab anno Domini 1611. vſque ad annum 1630. iuxta Copernici obſeruationes accuratiſſimè ſupputatæ, correctæ, & auctæ,

Ad longitudinem Inclytæ Venetiarum Urbis.

EIVSDEM

Tractatus Duo abſolutiſſimi, nempè, Iſagoge in Aſtrologiam, & De vſu Ephemeridum denuò correcti, & inſigniter amplificati.

Atque etiam Compendium Directionum eiuſdem Auctoris pro Directionibus, noua ratione, ac facili ſecundum rationalem modum conficiendis.

Quibus additum eſt eiuſdem Supplementum Iſagogicarum Ephemeridum, in quo hæc continentur:

Reductio facilis motus Solis harum Ephemeridum ad Tychonicam rationem: ac præterea De reuolutionibus annuis: De introitu Solis in ſingulorum Signorum initijs: & De æquatione temporis ex eiuſdem Tychonis fundamentis.

Aſtrologicæ circa Agriculturam, & Nauigatoriam obſeruationes, & præcepta.

De mutatione aëris libellus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, *Apud Hæredem Damiani Zenarij.* M DC XII.

Permiſſu Superiorum, & Priuilegijs.

Mov.

ILLVSTRISSIMO,
ET REVERENDISS.
D. D. BENEDICTO
IVSTINIANO
TITVLI SANCTAE PRISCAE
CARDINALI AMPLISSIMO,
ET BONONIAE LEGATO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

NEMINI *dubium eſt, Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Præſul, Ephemeridum conſtructionem, quæ quotidie cæli, & ſingulorum planetarum motum noſtris ſubijciunt oculis, ac patefaciunt, maximum adiumenti præſtare hominibus, tum ad cognoſcendas ac prædicendas aeris quotidianas mutationes, tum etiam ad Medicinæ, Nauigatoriæ, & Agriculturæ vſum, atque vt mutationes quandoque rerum aliarum ſublunarium præſciri, ac prædici valeant; cum nihil magis ſit homini optabile, quàm futura cognoſcere, quò mala im-*

pendentia, vel deuitare, vel ratione & conſilio minuere poſſit, & bona alacri animo ſuſcipere. Cum itaque olim non minimam operam in conficiendis complurium annorum Ephemeridibus poſuiſſem, valdè gauiſus ſum, ſtudioſis periucundas ac gratas eas extitiſſe. Quare non ſum grauatus ipſas vlterius in ſtudioſorum gratiam perducere, nimirum, vſque ad annum 1630. quinimo has ipſas aliquot tractatiunculis Aſtrologicis exornatas volui, quas auidè ſtudioſos deſiderare à me intellexi. Cæterum ne ab aliorum noſtri temporis inſtituto recedere viderer, qui cum ſua ſcripta in lucem proferunt, haud ſine inſcriptionis tutela, & patrocinio ea in vulgus emittunt; præclarum hunc morem mihi retinendum deliberanti, & cui potiſſimum hunc noſtrum qualemcumque laborem dicarem cogitanti, tu Antiſtes præſtantiſſime præ cæteris occurriſti dignus hoc exiguo munere, ob ſummam nobilitatis, & dignitatis tuæ amplitudinem, ob egregias animi tui dotes, ob non minimam horum ſtudiorum cognitionem, in eaque propenſionem; quanta ſcilicet eum decet virum, qui in ſacris occupationibus, & publicis Reipublicæ Chriſtianæ pertractandis negocijs quotidie verſatur, addo & ob ſingularem tuam erga me beneuolentiam, quam mihi multos ab hinc annos pro tua humanitate re ipſa ſignificaſti. Etenim nemo iam non nouit, te Cardinalem longè nobiliſſimum ex ijs ortum maioribus, qui imperium Chiæ inſulæ præſtantiſſimæ in mari Ægeo è regione minoris Aſiæ ſitæ tenuerunt, cuius amplitudo centum & viginti milliarium ambitu definitur, teque in hac ipſa inſula natum fuiſſe, quam poſtea anno 1565. Selinus Secundus Turcarum Imperator per fraudem ſibi arripuit, vt interim taceam Iuſtinianam familiam inter præcipuas Reipublicæ Genuenſis numerari, & viros præſtantiſſimos ſemper habuiſſe, in primiſque clariſſimos

in

Digitized by Google

*in Eccleſia Dei antiſtites, inter quos fuit patruus tuus Vin-
centius Iuſtinianus Cardinalis ampliſsimus, & Auguſtinus Iu-
ſtinianus Nebienſis Epiſcopus, qui annales ſuæ Patriæ doctiſ-
ſimos, & copioſiſſimos vſque ad annum* 1528. *conſcripſit.
Tu verò non modo à tot tantisque maioribus tuis minime de-
generandum tibi putaſti, ſed eum te præſtas vt longe etiam ijs
antecellas, & Catholicæ Eccleſiæ clariſſimum ſidus effulgeas,
in qua adinueniri non facilè poſſit, qui tibi iure præferatur, &
in quo magis virtutes omnes, quæ ad bene, beateque viuen-
dum conducunt, clarius ac plenius eniteant, vt erga Deum
pietas & religio, erga pauperes charitas, in gerendaque repu-
blica prudentia, ſolertia, vigilantia, immortalique digna ho-
nore iuſtitia. Cum enim ingenij acumine præſtans, eloquio fa-
cundus, conſilio grauis, atque in ſententia conſtans ſis; ideò
magna arduaque negocia à ſummis Pontificibus merito pruden-
tiæ tuæ credita, commiſſaque omni tempore fuerunt. Quid
igitur mirum, ſi in hac nobiliſsima vrbe regenda te breui tem-
pore omnibus eximie amabilem, ac maximè venerabilem red-
didiſti? cum formidanda enim illa tua incorruptaque iuſtitia
coniuncta in te eſt admirabilis clementia, & in audiendis ho-
minum oppreſſorum querelis maxima patientia; ſed quod in
primis memorabile eſt, hanc vrbem à maxima rei frumenta-
riæ penuria, quæ eam miſerrimam habebat, intra pauculos
dies liberaſti, ac preclarè tuis his conatibus confirmare volui-
ſti, te natum eſſe in præclariſſima illa inſula, quæ olim popu-
li Romani horreum fuit. Sed me in tuis laudibus immorari
modeſtia ſingularis tua minime patitur. Tantum igitur hoc
à te vehementer peto, vt hoc quicquid eſt laboris noſtri benignè
excipias, etſi amplitudini tuæ minime reſpondeat, prodibit enim
in lucem multò lectoribus gratius, & acceptius, quaſi à tua*

ſapientia

ſapientia comprobatum, & ut tanquam meæ in te obſeruantiæ pignus, ſic etiam ut propenſionis animi in te mei argumentum. Deus Optimus Maximus Dominationem tuam Illuſtriſſimam conſeruet, ac pro Reipublicæ Chriſtianæ commodo diutiſſimè ſoſpitet, & ad altiſſimum perducat dignitatis, ac felicitatis gradum.

Bononiæ die 24. Ianuarij anni M. DC. VII.

Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Dominationi tuæ

addictiſsimus

Io. Antonius Maginus.

Digitized by Google

IO. ANTONIVS MAGINVS BENEVOLO LECTORI S.

IN hac poſtrema noſtrarum Ephemeridum editione duos prætermittere volui in Iſagogicis tractatus, vnum nempe de annuis reuolutionibus, quem olim ſecundum Coperniceam rationem conſtruxeram, quam hoc tempore, quo motum Solis, à Tychone Brahe correctum ac emendatum habemus, inutilem iudicauimus; vnde tutius erit, annuas reuolutiones ex Tychonicis fundamentis conficere, prout infra in ſupplementis Iſagogarum ad Ephemeridas docemus: Alterum verò de Stellis fixis valdè copioſum Tractatum, quem nobis conſultius viſum fuit prætermittere; cum & ille ſecundum Coperniceas ſupputationes ſit extructus, quem valdè à Tychonicis obſeruationibus, & à vero ipſo diſcrepare ſatis conſtat. Quare niſi aliquis ſtudioſus nos ab hoc labore ſubleuauerit, cogitamus denuo conſimilem, immo ampliorem & commodiorem condere Tractatum ſecundum Tychonicum ſtellarum fixarum catalogum, idque quàm primum nobis licuerit. Vtinam verò reſtitutio quinque errantium ſtellarum à Schola Tychonica nobis primo quoque tempore communicaretur, quò Ephemerides de nouo elaborari poſſent cum cælo ipſo apprimè conſentientes; præſertim cum præteritis diebus motum Lunæ Tychonicum in compendioſam adeò rationem reduxerimus, vt multò promptiùs poſſit ex noſtris illis tabulis verus Lunæ motus colligi, quàm de Coperniceis, vel quibusuis alijs tabulis: nam pro conſtruendis Ephemeridibus dimidium laboris

ac

ac temporis conſumitur circa lunarem motum. Quare ſi Deus noſtris votis fauere dignabitur, vt aliorum primi Tychonicas tabulas de quinque reliquorum planetarum motibus habeamus, ſperamus multorum annorum Ephemerides breui conſtructuros. Non enim in hac re cuiquam viuenti cedere volumus, cum apud nos mira extent compendia pro abſoluendis quàm citiſſimè conſimilibus laboribus, etſi libenter Origano cedemus in productione Ephemeridum Copernicearum ad multos annos cum hunc laborem inutilem cenſeamus. Reſtat & hoc, de quo ſtudioſos admoneamus, catalogum ſcilicet vrbium & locorum correctione indigere, hoc præſertim tempore, quo præſtantiſſimorum Geographorum recentiorum abſolutas, & emendatas Prouinciarum orbis tabulas habemus, præſertim Gerardi Mercatoris, quem cæteris meritò prætulimus ob eximiam eius doctrinam ac miram diligentiam, quod ſanè præſtabimus, cum plus otij nacti fuerimus. Nunc enim magnopere circa Geographicam & Hiſtoricam Italiæ deſcriptionem occupamur, quam propediem edituri ſumus, in qua ſicut etiam in noſtra Italia, in magna forma nuper edita Aſtrologiæ ſtudioſus longitudines & latitudines vrbium & locorum Italiæ exactiores habebit, quam ex præſenti catalogo. Vale interim ſtudioſe Lector, & alios labores noſtros olim tibi à nobis promiſſos quamprimum expecta.

Digitized by Google

AD BENEDICTVM IVSTINIANVM CARD. AMPLISSIMVM, BONONIAE LEGATVM.

Iulius Signius I. V. D.

IVſtiniane decus Ligurum, generoſa propago,
Iuſtitiæ columen, priſcæ virtutis imago,
Vneque Felſineis Benedicte ſalutifer oris,
Dũ bene Roma tibi dicit; te numinis inſtar
Suſpicit Orbis, habe monimentum grande laborum
Magini, ætatis qui noſtræ eſt cœlifer Atlas .

INDEX CAPITVM ET RERVM NOTABILIVM, QVAE IN ISAGOGICIS, SEV EPHEMERIDVM Introductionum pertractantur.

Index Primi Tractatus.

DE nomine, diuiſione, & ſubiecto Aſtrologiæ. cap.1. pag.1.a
De ſeptem erraticis ſtellis. cap.2. 2.b
De planetarũ vi, & poteſtate iuxta primas qualitates. c.3. 2.b
De ſeptem erraticarum natura. cap.4. 3.a
Quæ ſtellæ beneficæ ſint, & quæ maleficæ. ibid.
De qualitate, ſeu conditione erraticarum. cap.5. 3.b
De planetarum ſexu. cap.6. 4.a
De collatione planetarum ad proprios orbes. cap.7. 4.a
Quando aſcendentes, ſeu deſcendentes ſint planetæ in Eccentrico. ibid.
Quando aſcendentes ſeu deſcendentes ſunt in paruo circulo. 4.b
Tabula Apogæorum planetarum in Eccentrico. ibid.
Quando planetæ ſunt veloces, tardi, & mediocres motu, directi item, ſtationarij, & retrogradi. 5.a
Tabula diurnorum motuum planetarum. ibid.
De ſyderibus, ſeu fixis ſtellis. cap.8. ibid.
De robore atque fixarum poteſtate. cap.9. 5.b
De partibus ſeu ſpatijs cœli, & primum de Zodiaco. cap.10. 6.b
De prima Zodiaci diuiſione a quatuor anni temporibus orta. cap.11. ibid.
De ſecunda ſignorum partitione in mobilia, fixa, & communia. cap.12. 7.a
De ſignis maſculinis & fœmininis. cap.13. ibid.
De ſignis Septentrionalibus & Meridionalibus. cap.14. 7.b
De ſignis rectis & tortuoſis, quæ intuentia, ſeu eiuſdem potentiæ ſigna dicuntur. cap.15. ibid.
Tabula antiſciorum, ſeu ſignorum ſeſe intuentium. ibid.
De imperantibus, & obedientibus ſignis. cap.16. 8.a
Tabula ſignorum imperantium & obedientium. ibid.
De ſignis coniunctis & inconiunctis. cap.17. ibid.
Tabula radiationum duodecim ſignorum. 8.a

De cæteris partibus cœli, quæ latitudine & declinatione diſiunguntur. cap. 18. 8.b
Tabula maxime latitudinis planetarum, & nodorum ac limitum ipſorum. 9.a
De fortuita atque variabili diuiſione cęli. cap. 19. 9.b
Nomina & decreta duodecim cęli domiciliorum. 10.b
De viribus planetarum ratione partium cęli. cap. 20. ibid.
De domibus planetarum. cap. 21. 11.a
Tabula domorum planetarum, & detrimentorum. 11.b
De altitudinibus planetarum. cap. 22. ibid.
Tabula exaltationum planetarum. 12.a
De planetarum trigonis. cap. 23. ibid.
De finibus, ſeu planetarum terminis. cap. 24. 12.b
Tabula præcipuarum dignitatum eſſentialium. 13.a
De planetarum carpenſis. cap. 25. ibid.
De ſua ſingulorum planetarum perſona. cap. 26. ibid.
Tabulæ Almugeæ Solis & Lunæ. 13.b
De planetarum gaudio. cap. 27. ibid.
De collatione planetarum ad Solem. cap. 28. ibid.
Quando planetæ dicuntur combuſti ſub radijs, & in corde Solis. ibid.
Quando planetæ dicũtur Oriẽtales & Occidentales, matutini & veſpertini. ibid.
De mutua planetarum inter ſe habitudine. cap. 29. 14.a
De configurationibus & planetarum aſpectibus. cap. 30. 14.b
De natura aſpectuum quando in ſignis longis, ſeu breuibus accidunt. 15.a
De diuiſione aſpectuum. cap. 31. 15.b
Tabula quantitatis lucis, ſeu orbium fixarum & planetarum. 16.a
De applicationibus, & defluxibus. ibid.
Tranſlatio luminis. 16.b
Collectio luminis. ibid.
Redditus luminis. ibid.
Probibitio luminis. ibid.
Perturbatio ſeu contrarietas. ibid.
Abſciſio luminis. 17.a
Fruſtratio, Refrenatio, Vacuitas curſu. ibid.
Feralis ſeu ſolitudinarius. ibid.
Pulſatio, receptio, obſeſſio planetarum. ibid.

Index Secundi Tractatus.

DE Ephemeridum partibus atque earum expoſitione. cap. 1. 17.b
De prima ſectione, ſeu parte Ephemeridum. cap. 2. 18.a
De ſecunda parte, ſeu diſtributione Ephemeridum. cap. 3. ibid.
De tertia Ephemeridum parte. cap. 4. 19.a

De diuerſitate dierum, & de diei partibus. De quantitate diei & noctis artificialis, & quomodo tempus meridiei, mediæ noctis, & exortus Solis inueniatur. cap.5. 19.b

De varia diei & horarum numeratione, & quomodo ſingulę horarum ſpecies in Aſtronomicas conuertantur, vt ad calculum Ephemeridum aptentur, & è conuerſo. cap.6. 22.a

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ. 25.a

De correctione temporis & motus planetarum ob rationem inæqualitatis dierum naturalium. cap.7. 29.a

De æquatione temporis ob meridianorum differentiam. cap.8. 30.a

Catalogus ciuitatum pro differentia meridiani habenda. 31.a

Vera ſingulorum planetarum, capitiſque draconis loca ad quoduis datum temporis momentum duplici modo inuenire. cap.9. 34.b

Lunæ latitudinem per propriam eius tabellam explorare. cap.10. 38.b

Tabula latitudinis Lunæ. 40.a

Reliquorum quinque planetarũ latitudinẽ ex Ephemeridibus colligere. c.11. 40.b

Tabula deſeruiens commutationi dierum & horarum in ſcrupula ſexagenaria pro inuentione latitudinis Planetarum. 44.b

Ad datum tempus data regionis latitutidine ex tabulis domorum cęleſtem figuram ſecundum viam rationalem conſtruere. cap.12. 45.a

Tabula proportionalis pro æquandis domibus. 46.b

Qua ratione ſingula Planetarum loca congruè themati cæleſti inſcribantur. capit.13. 47.b

Tabula proportionalis horarij motus Solis. 51.b

Tabula proportionalis horarij motus ♄, ♃, ♂, ♀, & ☿. 55.b

Tabula proportionalis horarij motus Lunæ. 65.b

Tabula domorum ad latitudinem gr.37. 88.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.40. 91.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.41. 94.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.42. 97.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.43. 100.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.44. 103.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.45. 106.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.46. 109.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.48. 112.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.51. 115.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.54. 118.a

Tabula domorum ad latitudinem gr.57. 121.a

De vſu tabulæ Sexagenariæ pro inquirenda parte proportionali. 124.a

Tabula Sexagenaria partis proportionalis. 125.b

Index Compendij Directionum.

PRæfatio. *pag.*132.*a*
*Quid ſit directio, qui dicantur in Directionibus ſignificatores, & qui promiſſores. cap.*1. 132.*b*
*De duplici directione, nempe directa, & conuerſa. cap.*2. 133.*a*
*Directiones abſoluere cum ſignificator fuerit in aliquo quatuor cœli angulorum ſecundum vſitatum modum. cap.*3. *ibid.*
*Alia ratio noſtra dirigendi ſignificatorem, cum fuerit in Orientis vel Occidentis angulo abſque aſcenſionum obliquarum tabulis, ſed ſolis tabulis declinationum, aſcenſionum rectarum, & poſitionum, quę apud Regiomontanum habētur. cap.*4. 133.*b*
*Significatorem ad promiſſores dirigere cum fuerit extra angulos per primum modum noſtrum. cap.*5. 134.*b*
*Secundus modus noſter dirigendi ſignificatorem extra angulos cõſtitutum ad ſuos promiſſores. cap.*6. 136.*a*
*Tertius modus noſter dirigendi ſignificatorem extra angulos verſantem, qui eſt omnium faciliſſimus ac expeditiſſimus. cap.*7. 137.*a*
*Ad quem Zodiaci locum directio, ſeu deductio ſignificatoris ſecundum ſignorum ordinem anno aliquo propoſito pertingat determinare. cap.*8. 138.*b*
*De Directionibus, ſeu Deductionibus ſecundum Ptolemæi rationem abſoluēdis per Quadrantem a nobis excogitatum. cap.*9. *ibid.*
*Significatorem ad promiſſores dirigere cum fuerit in aſcendente, vel in ſeptima domo. cap.*10. 141.*a*
*Significatorem ad promiſſores dirigere per noſtrum organum Ptolemaicum, quando fuerit extra angulos. cap.*11. 140.*b*
*Declaratio & vſus Quadrantis Horarij motus Lunæ, & reliquorum Planetarum. cap.*12. 141.*a*
*Dato diurno motu Lunæ ex Ephemeridibus, vel ex tabulis, vel aliunde quantus ſit horarius motus ipſius, & conſequenter verum locum Lunæ ad datum tempus ex Ephemeridibus perdiſcere. cap.*13. *ibid.*
*Planetæ cuiuſlibet horarium motum deprehēdere, dato ſcilicet diurno motu eius ex Ephemeridibus, & per conſequens ad horam datam Planetæ ipſius locum definire. cap.*14. 141.*b*
*Tempus introitus ſolis in quoduis Zodiaci pũctum, & annuæ conuerſionis momentum inquirere. cap.*15. *ibid.*
*Planetarum coniunctiones, vel aſpectus ex dicto Quadrante ſupputare, dato tamen vtriuſque Planetæ loco ex Ephemeridibus, vel tabulis ſecundorum Mobilium. cap.*16. 142.*a*

INDEX CAPITVM ET RERVM,

QVAE IN SVPPLEMENTIS Iſagogicarum Ephemeridum continentur.

REductio facilis motus ☼ noſtrarũ Ephemeridũ ad Tychonicã rationẽ. p.1.a

De reuolutionibus annuis rectè hoc ſæculo ex Tychonicis fundamentis inſtituendis. 4.a

Tempus introitus Solis in ſingulorum ſignorum initijs ex Tychonicis fundamentis inueſtigare. 4.b

De temporis æquatione Tychonica ratione inæqualitatis dierum naturalium. 6.b

Aſtrologicæ circa Agriculturam obſeruationes, & præcepta. 7.b

Aſtrologica præcepta & obſeruationes ad Nauigatoriam artem. 9.b

INDEX CAPITVM LIBELLI

DE MVTATIONE AERIS.

DE prognoſticis ſeu prædictionibus aeris in generali a dominio ſtellarum in ſingulis anni quadrantibus deſumptis. cap.1. p.11.a

De generali ac perpetua quatuor anni temporum qualitate. cap.2. 13.a

De particulari natura duodecim ſignorum Zodiaci in tempeſtatibus, ac aeris mutationibus hoc ſæculo accommodata. cap.3. 13.b

De particulari ſingulorum menſium, & lunationum, ac Lunæ quadrantum ſignificatione. cap.4. 15.a

De decretis ſingularum erraticarum, quando præfuerint quadranti anni, vel etiam alicui particulari tempori. cap.5. 15.b

De planetarum natura, ac temperamento prout ad Solem comparantur, & ad proprios orbes. cap.6. 17.a

De planetarum comparatione ad Zenith, ſeu reſpectu altitudinis, atque etiam quo ad cœli ſitum. cap.7. 17.b

De planetarum congreſſibus ſiue per coniunctionem, ſiue per radios. cap.8. 18.a

De portarum ſeu Valuarum aperitionibus. cap.9. 21.a

De congreſſibus affixorum ſyderum cum Sole, ac reliquis planetis. cap.10. 21.b

De ventis. cap.11. 24.a

Aſtrologicæ ventorum prognoſticationes. cap.12. 27.a

FINIS.

IOANNIS ANTONII MAGINI PATAVINI ISAGOGICARVM EPHEMERIDVM

TRACTATVS PRIMVS, SEV PARS PRIMA.

De Aſtrologiæ principijs ad Apoteleſmaticos Ptolemæi Libros maximè conducens.

De Nomine, Diuiſione, & Subiecto Aſtrologiæ Caput Primum.

DECREVIMVS in paruo hoc compendiò breuiter Aſtrologię principia aggregatè, & ordinatè, quantum ingenij noſtri tenuitas affert, pertractare, quò facilior cognitu Tyronibus hæc diſciplina eſſet. Verum antequam ipſa percurramus, omiſſis ſiquidem certis argumentis, & fundamentis, quæ & hanc artem veram eſſe, & inter cæteras liberales homini neceſſarias adnumerari dignam, conuincunt: initio monendum de aliquibus pręcipuis ſtudioſos duximus, quæ frequenter in ſingulis diſciplinis quęri, & proponi ſolent: hæc autē Græci Prolegomena, & noſtri Præcognoſcenda dicunt; ex ipſis etenim ad facultatum intelligētiam maximè inuitamur, atque introducimur: hæc autem ſunt Diſciplinæ nomen, Diuiſio, Subiectum, Intentio, & Ordo, qui proponitur, vt interim finem, vtilitatem, & reliqua breuitatis cauſa taceamus.

Primum igitur à nominis explicatione exordium ſumentes dicimus, Aſtrologiam nil aliud, quàm Aſtrorum ſermonem, & rationem nobis ſignificare: ea namque de cœlorum, ſyderumq; ſerie, motu, magnitudine, configuratione, & cęteris horum paſſionibus, & accidentibus inquirit, & pertractat. Diuiditur potiſſimum in duas partes principales, nēpe in Theoricam, ſeu Speculatricem, & Practicam, ſeu Operatricem.

Theorica Geometricis, & Arithmeticis demonſtrationibus munita omnium ſtellarum motus, magnitudines, ſitus, diſtantias, & configurationes, quas inter ſe habent, cęteraque phenomena ab euidétiſſimis obſeruationibus exorta explicat, & hanc recétiores Aſtronomiam propriè vocitāt. Altera, quæ Prognoſticatrix, Iudiciaria, ſeu Diuinatrix dicitur, eſt, quæ phyſicis rationibus, & repetitis ſępe experientijs vires, & effectiones ſtellarum, quibus ſympathia quadam in elementis, elemétatiſque corporibus mutationes excitant, accuratè ſcrutatur, & quomodo inde temperamenta, & inclinationes in corporibus hominum, mutationes auræ, & ſimilia, tanquam effectus cœleſtium cauſarum præuideri, ſeu prognoſticari poſſint. Hæc proprium nomen Aſtrologię apud modernos ſibi ſortitur, & ſubdiuiditur in duas partes, quę ſunt Introductoria, & Exercitatoria.

Introductoria verſatur ſolùm circa principia iudiciorum, quæ ſcilicet ſint naturæ, vires, & qualitates tum planetarum, tū reliquorum ſyderum, nec non etiam partium cœli, & eorum omnium inter ſe commixtiones, & habitudines, de qua Claudius Ptolæmeus in primo ſui Quadripartiti libro copiosè, & eruditè tractat.

Exercitatoria, ſeu Operatoria eſt, quæ ex his principijs futuros rerum euentus iudicat, ac prænunciat: hæc autem in quatuor primas partes diuiſa eſt.

Prima eſt de vniuerſi mūdi ſtatu, vtpotè de principijs, mutationibus, & excidijs vrbium, Imperiorum, & Monarchiarū: & vbi, & quādo pax, bellum, ſectæ, peſtilentiæ, terræmotus, & diluuia cōtingāt, quæ quidem cum à magnis Planetarum congreſſibus, ab eorundemque orbium Apogęorum, & Eccentricicorum mutationibus, nec non ab octauę ſphere tardiſſimo inceſſu, & alij diuturnis cauſis dependeat, quorum effectus ad multa ſæcula extendi putatur, maximis difficultatibus fit obnoxia, cum talium momenta minimę obſeruari poſſint, ob idque ab humano intellectu nō niſi ſumma cum difficultate cognoſcitur, nec ita perfectè vt alię, de qua tamé generalia quędam haberi poſſunt, vt potè quod talis coniunctio tali anno, tali menſe, in tali ſigno, & trigono accidet, & quòd tali ſęculo maxima, minimavè Eccentricitas, & Obliquitas Solis erit, & quòd mutatio Apogęi talis planetę ex aliquo ſigno eueniet, ideo non mirum videri debet ſi Albumaſſar cū tota vetuſtate, nec non Eſcuidus cum pleriſque alijs recentioribus ſcriptoribus de hac ſciétia, quā ſibi, & intelligétijs reſeruauit Deus, tā ſtolidè & tenebroſè ꝑtractarūt.

Secunda Aſtrologię pars agit de mutationibus aëris, vt de tempeſtatibus, de ęſtuoſis, ſerenis, humidis, frigidisve aëris conſtitutionibus, & de his, quę inde conſequūtur, vt ſunt ſalubritas, peſtilentia, lues, annonę copia, vel penuria, terręmotus, inundatio, &c. & hoc potiſſimum per luminarium deliquia, per reuerſionem Solis ad ęquinoctialia, & ſolſtitialia

tialia puncta per nouilunia, cęteraſque tum luminarium, tum reliquorum planetarum configurationes, per ſtellas fixas, & denique per cometas, & alia, quæ in ſublimi apparent. De hac Ptol. in 2. Apotelеſmatum lib. ſatis copioſè, ac phyſicis fundamentis pertractat.

Tertia Diuinatricis pars, quæ de priuata cuiuſque hominis vita, tum quo ad ſtatum corporis, tum quo ad fortunam, & conditionem tractat, ad genitutarum iudicia refertur Genethlialogicaq; dicitur: ea ſiquidem hominum temperamenta, & quę inde ſequuntur, qualia ſunt inclinationes ad virtutes, ad vitia, & ad literarum ſtudia, deinde mores, morbi, caſus, & alia huius generis, quæ contingenter homini euenire poſſunt, naturalibus coniecturis iudicat, de hac ſimiliter Ptolemæus in 3. & 4. Apoteleſmaticis libris naturales limites minimè excedens abundè diſſerit.

Quarta demum pars eſt de initijs operum, actionū, rerum, & ægritudinum, atque de electionibus temporum ſingulis rebus cōuenientium. De hac Nauigatoria, & Agricultura magnoperè indigēt, hæc vt tempora plantandi, inſerendi, ſeminandi, cedendi ligna, & reliquis operationibus oportuna eligere queat: illa vero vt tempora, in quibus tēpeſtates contingūnt, effugere ſciat. quantum poſtea hæc pars Medicæ facultati conducat ex Hippocratis, & Galeni ſentētia, qui Medicorum principes habentur, facilè perſuaderi poteſt, quippe qui in permultis ſuorum librorum locis hanc Medico ita neceſſariam aſſerunt, vt ſæpe ægroto conſulant, ne ſe Medici hanc non callenti manibus committat.

Hęc ſint veræ, legitimæque Aſtrologiæ naturalis partes, quanquam Chaldei, Arabes, & Iudęi, talesq; inculti authores, qui æquò diuinandi cupidiores eam amplificare volentes, multa inania deliramenta illi immiſcuerunt, vt puta ſortes, ſeu omnium rerū partes, decurias, ſeu ſignorum facies, & ſimulacra, quę cum his cooriri dicunt duodenarias, nouenarias, fridarias, gradus lucidos, tenebroſos, fumoſos, vacuos, maſculinos, fœmininos, horas planetis aſſignatas, & alia. Quinimo non ſolum hæc principia falsò ſunt commenti, verum integros etiam tractatus, vt de interrogationibus, de imaginibus, & maiori ex parte de electionib. abſq; vllo naturali fundamento compilauerunt, quam quidā Arabūm ſuperſtitioſam barbariem permulti tum præteriti ſęculi, tu ætatis noſtræ viri (taceo hos, qui veram ſcientiæ ſemitam ſequuntur) ob quandam facilitatem ineptè inſectando, in multos, maximoſq; errores incurrerunt, ita vt non ſolum à vulgo irrideantur, a prudentib. reprehendantur, ſed non immeritò etiam exoſi, & ſuſpecti ab Eccleſia Catholica habeantur.

Reſtat nunc, vt de Aſtrologiæ Prædictiuę obiecto breuiter aliqua dicamus, vt ſimul noſtram intentionem, & inſtitutum ordinem, quò facilius ſtudioſi ad eam accedant, paucis aperiamus. Subiectum igitur, ſeu obiectum Aſtrologiæ ſunt cœleſtia corpora quatenus in elementa, elemētataque corpora agūt, & alterationes, atque mutationes inducunt,

cuius præcipuę partes ſunt ſeptem Planetæ, ſtellę fixæ, & partes cęli mutabiles, atque immutabies, ſicut infra dicetur. Cum autem noſtra intẽtio ſit introductoriam Aſtrologiæ partem perſequi, quæ alijs Operatricis partibus principia præparat, in vniuerſum hæc omnia ad ſeptem erraticarum tractationem tanquam principaliorem obiecti partem reducere decreuimus. Quare cum Planetarum vires, atque effectiones ſex præcipuis modis dignoſcãtur. Primo iuxta primas qualitates. Secundo ex collatione ipſorum ad proprios orbes, ſeu circulos. Tertio prout aſſiciuntur à ſtellis fixis. Quarto quãtum ad partes cœli tam naturales, ſeu immutabiles, quàm accidentales, ſeu mutabiles. Quinto ad Solẽ ipſos comparando. Sexto, & vltimo ex mutua inter ſe collatione. Ideo hos omnes modos exponere propoſuimus, ſed poſt primum, & ſecundum modum tractabimus de ſtells fixis, quæ ſunt ſecunda pars ſubiecti Aſtrologiæ, & amplectemur ſimul tertium membrum: deinde dicemus de partibus cœli tam naturalibus, quàm accidentalibus, quæ ſunt, tertia obiecti pars: poſtremo reliquos modos per ordinem proſequemur.

De ſeptem erraticis ſtellis. *Cap. 2.*

SEptem ſunt Planetæ, qui vagantes ſeu errantes ſtellę, ideo ab Aſtrologis nuncupantur, quia varijs motibus moueri manifeſtè cernuntur; horum autem nomina, & caracteres ſunt hæc.

Saturnus	*Iupiter*	*Mars*	*Sol*	*Venus*	*Mercur.*	*Luna*
♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽

Horum verò omniũ duo ſunt, qui potentia, claritate, cognitione, ſimplicitateque motus cæteros antecellunt, qui luminaria ideo appellãtur quia plurimo abũdãt lumine, ſic vt in die vtrunq; cerni queat, reliquaſque ſtellas ſuo ſplendore obũbrant, ſed horum alterum luminare maius nuncupatur, nẽpè Sol, qui deſtruens tenebras, & omnia radijs ſuis perluſtrans dominationẽ diei ſuſcipit, & eſt in medio cęterorum planetarũ tanquam dux, & moderator. Alterum, ꝙ eſt Luna, luminare minus dicitur, & hęc præeſt nocti: reliqui autem quinq; errones ſimpliciter Planetæ nuncupantur, & horum tres, qui ſupra Solem ſuos orbes habent, vt ♄ ♃ ♂ ſuperiores appellantur: alij autem qui infra Solem ſunt, vt ♀ & ☿, quibus adiungitur etiam Luna, inferiores dicti ſunt.

De Planetarum vi, atque poteſtate iuxta primas qualitates. *Cap. 3.*

SEcundum primas qualitates Planetarum vires, atque effectiones tripliciter diſtinguuntur. Natura nempe, qualitate, ſeu conditione, & ſexu.

ſexu.

Digitized by Google

ſexu. Iuxta naturam igitur planetę dicuntur calidi, frigidi, ſicci, atque humidi, quo fit, vt benefici, & vitales, malefici, & exitiales, fœcundi, atq; ſteriles dicti ſint: minimè verò putandum eſt, has qualitates eis verè ineſſe, ſed potius virtutes harum qualitatum effectrices, quoniam iuxta inſitam vniuſcuiuſq; ſtellæ uim, calorisvè magnitudinem huiuſmodi qualitates in elementis, corporibuſque elementatis irradiatione, & motu inducunt, mouent, mouendo afficiunt, atque afficiendo contemperant.

De ſeptem erraticarum natura. Cap. 4.

SOl igitur iuxta primas qualitates eſt moderatè calidus, atque paululum ſiccus, ideſt vim calefaciendi, & leniter deſiccandi habet: quod ſatis conſtat cum propter eius magnitudinem, tum propter euidentes in anni vicibus, & temporibus mutationes.

☽ humida ideo appellatur, quoniam cum ſit terrę proxima, pluſquā cæteri planetæ in illam ſuo lumine agens, & ex humidiori parte vapores eleuans humectat, & madefacit aerem, & ſubiecta corpora mollia reddens putrefacit; ſed habet etiam aliquam excalefaciendi vim propter Solis illuſtrationem.

♄ vero ſtella frigida, & parum ſicca dicitur, quia cum longiſsimè à Sole diſtet, debiliter eius radios ſuſcipiens parum ſimpliciter calefacit, quod reſpectu noſtri refrigerare eſt, quàm maximè etiam ab humidis terræ vaporibus diſtat, quapropter exiguitate ſui caloris comprimens vapores deſiccat.

♃ autem calidus, & humidus temperatè dicitur, ob idque fęcundus, quoniam medius eſt inter ♄ minimè calefacientem, & ♂ intemperate calidum, & æſtuoſum: cum autem magnam molem habeat, plurimumq; luminis, attrahit vapores, & humectat; ſed non ideò multos, cum à terra valde diſtans ſit.

♂ ideo immoderate calidus, & ſiccus dicitur, quia & Soli proximus eſt, & denſiorem ſubſtantiam, igneumque calorem habet, ob idque attractos ab aliis ſtellis vapores diſsipat, & conſumit.

♀ deinceps calida eſt, ſed magis humida, quippe vt Soli vicina calida cenſetur, minus tamen quàm ♂, quoniam cum terræ ſit proximior, magnamque habeat molem, quàm plurimos à terra vapores attrahit, quibus aer refrigeratur, & eius calor minor redditur, ob quam etiam cauſam magis humida, quàm calida manifeſte apparet.

☿ demum verſatilis naturę, & anceps eſt, aliquando enim propter vicinitatem ad Solem ſiccat, cum ab eo nunquam plus 28. partibus recedere poſsit, interdum etiam humectat, quoniam cum Lunę, tum terrę proximus eſt, imitatur potiſsimum cæterarum etiam erraticarum qualitates, quando eis aſſociatus eſt.

Ex his, quę diximus ſatis manifeſtè conſtat, quaſdā ſtellas beneficas, quaſdam verò maleficas iuxta eorum qualitates iudicari: ſiquidem ♃, & ♀ calidæ, & humidæ ſtellæ temperatæ ſunt naturæ, ob idq; beneficę, & fortunatæ; ſed ♃ maximè beneficus eſt, cum in illo calor humido perfectè dominetur: quamobrem Fortuna maior nuncupatur. ♀ deinde cū temperaturā habeat, in qua mediocriter calor humido domnatur propter humidi copiam, Fortuna minor dicitur; ſed ☽ ob caloris paucitatem, humidiq; exuberantiā parum benefica, & Fortuna iudicatur: attamen dum luminibus eſt plena, quoniam tunc ſatis caloris pro humidi ratione acquirit, maximè benefica cenſetur. ♄ præterea, & ♂ ſtellæ exitiales, & maleficæ dictæ ſunt ob id, quia qualitates naturæ humanæ nōxias habent; ſed ♄ ob nimiam frigiditatem, ac peſſimam naturam infortuna maior dicitur. ♂ uero feruentiſſimus, immodiceq́ue ſiccus minor infortuna nuncupatur. Demū ☉ atq; ☿ ancipitis, mediæque naturæ iudicātur: ☿ etenim dū ☉ aut ♂ copulatur, ſiccus efficitur, cū ♄ vero iunctus frigidus apparet, propterea intēperatūs erit, ac malefaciens: ſed quādo ♃, ♀ aut ☽ iungitur, calidus, & humidus efficitur, atq; ideo tēperatus, & beneficus. Sol aūt quoniā cęteros planetas ſuo lumine impedit, eorūq; benefica decreta fruſtrat, dū ſub eius occultantur radiis, tū etiam ꝙ maleficis planetis iunctus eorū noxias vires foueat, atq; augeat, maleficus cēſeri debet, tametſi quādo alicui fortunæ per cōuenientē aſpectum copulatus eſt, maximè omniū beneficus planeta iudicatur.

De qualitate, ſeu conditione erraticarum. *Cap.* 5

QValitas, ſeu conditio planetæ eſt ipſius natura tēpori conueniens, qua ſcilicet diurnum per diem, nocturnum verò per noctem gaudentem vocamus: tunc enim ipſius actio vehementior erit, vbi cū qualitate temporis congruerit. Sunt igitur planetæ diurni, qui Solis naturam inſequuntur ♃, & ♄, alter ſalutaris & beneficus, alter vero malignus, & calamitoſus. ♃ namq; propter temperatam craſim, in qua calor dominatur humido ſimilitudine recreatus die lætatur, & eius vis potentior fit. ♄ vero hæc conditio conuenit ad frigus ipſius temperandū: quoniam in mala mixtione ſemper deteriores qualitates contrariis emendare conuenit, & ſic minus noxius erit.

Sed nocturnam Lunæ conditionem adſequuntur ♀ atque ♂, altera quidem ſtella ſalutaris, altera intemperata atque pernicioſa: nam cum ♀ ea temperie conſtet, in qua, vt in noctis qualitate, calor maximè ab humectatione vincitur, idcirco noctis vmbra gaudet. ♂ vero quamuis verè ſit diurnus, ideſt efficacior in die, quàm in nocte, hæc conditio conuenit ad ipſius ariditatem temperandam, quapropter cum nocte dominabitur, minus etiam nocumenti afferet.

☿ au-

Digitized by Google

☿ autem cum anceps ſit, verſatiliſque naturæ, ad vtranque conditionem facilè ſeſe accommodat, fitque diurnus in matutino exortu: hæc nanque regio propter Solis ad eam acceſſum incaleſcit, fitque aridior, quæ qualitates diei ſunt: ſed heſperus, ſeu occidentalis fit nocturnus, ſi quidem veſpertina regio ex receſſu ☉ ab ea fit ad inſtar Lunæ frigidior, atque humidior.

De Planetarum ſexu. *Cap.* 6.

ATtribuitur etiam Planetis ſexus hac potiſſimum de cauſa. Satis conſtat in rebus omnibus mares potentiores eſſe fęminis, idcirco Planetæ valentiores exiſtentes maſculi cenſendi ſunt. Diſtinguitur autem Planetarum ſexus ob qualitates, quibus præſunt, qua ratione ij, in quorum temperatura calor humido dominatur, maſculi dicuntur: ſunt autem hi ♄ ♃ ♂ ☉. Fœminei vero dicuntur ij, in quorum craſi calor ab humido ſuperatur, vt ☽ atque ♀. Mercurius autem indifferens, & mediæ naturæ iudicatur. ſiquidem nunc humidus, nunc aridus exiſtit. Aliis etiam de cauſis mutatur Planetarum ſexus, vtpotè collatione eorum ad Solem, & etiam ad quadrantes cœli, vt infra ſuis locis dicemus.

De collatione Planetarum ad proprios orbes. *Cap.* 7.

SEcundo modo Planetæ robur, atque poteſtas ex eius ſitu in proprijs orbibus dignoſcitur, qui ſunt Eccentricus, & paruus orbis, qui Epicyclus dicitur, quò fit vt aſcendens, deſcendens, in Apogæo, in Perigęo, velox, tardus, mediocris motu, directus, ſtationalis, & retrogradus dicatur, quæ omnes paſſiones ratione ſuorum orbium eis contingunt.

Dicitur igitur planeta aſcendēs in Eccētrico, dum à Perigęo, ſeu Augis oppoſito, ad Augem, ſeu Apogæū defertur. Et hoc per tabulas Aſtronomicas ſic cognoſcitur, quādo Anomalia Eccentrici, quam Alphonſini centrum dicunt, à 6. ſignis, vel 180. partibus vſq; ad 12. ſigna completa, ſeu 360. partes, quę totum integrum Eccentrici ambitum cōponunt, augetur. E contrario poſtea deſcendens dicitur, quoties ab Apogęo ad Hypogæum, ſeu Augis oppoſitum percurrit, quòd per tabulas perpēditur, cum eius centrum vſq; ad 180. partes, ſeu 6. ſigna excreſcit: cum vero Eccentrici Anomalia nullum obtinuerit gradū, Planeta in Apogęo, ſeu ſumma Abſidie eſſe dicetur: quoniam Anomalia Eccentrici, cum ſit diſtantia centri Epicycli ab Apogæo Eccentrici incipit numerari ab Apogæo, cū deinde 6. ſigna completa obtinuerit, in Hypogæo, ſeu ima Abſide planeta reperitur. In prima autem longitudine media erit, cum planetæ centrum 3. ſigna, ſeu 90, partes obtinuerit: in altera vero medietate, quæ ſecunda dicitur, tunc erit, cum planetę centrum 270. partes, quę nouem ſigna complent, poſſidebit. Sed Lunæ ſtatus in Eccentrico alia

via perpenditur, quoniam ſingulis quindecim diebus Apogęum eius locũ immutat. Ita vt quando iuxta medios motus ☉ iungitur, tunc Apogæa fit, cum autem à ☉ per 60 partes diſtat, quando ſcilicet in ⚹ eius eſt, tunc in prima Eccentrici medietate reperitur, per 90. partes, ſeu per □ aſpectum diſtans in augis oppoſito verſatur, in △ vero Solis, ſeu per 120. partes elongata in longitudine ſecunda reperitur, & demum cum Soli opponitur, rurſus in Apogęo inuenitur. Non diſsimili modo in paruo circulo planetarum aſcenſus, deſcenſusvè conſiderantur; ſed hæ paſſiones ex tabulis motuum per anomaliam orbis, ſeu commutationis, quam Alphonſinæ tabulæ Argumentum dicunt, cognoſcuntur. Etenim cum Anomalia orbis vſque ad 180. partes, vel ſex ſigna augetur, ab Apogæo ad Perigæum deſcendens eſt, cum vero à ſex ſignis vſq; in 12. ſigna excreſcit, tunc ad Augem epicycli aſcendens dicitur. Apogæum vero orbis tunc planeta tenet, cum nullum gradum, nec ſignum eius Argumentum habet, ſimiliter quando eius Argumentum 6. ſigna tenet, tunc planeta Augis oppoſitum percurrit. Inſuper hæ in Epicyclo affectiones ex collatione planetarum ad ☉ ſatis congruè dignoſci poſſunt, ſed differenter in ſuperioribus, atque inferioribus planetis. Superiores etenim cum Soli iuncti ſunt, quod circa medium ſuæ directionis euenit, in Apogæo Epicycli verſantur, fiuntque deſcendentes cũ Sol ab ipſis elongatur, ita quòd tot partibus planeta a culmine ſui Epicycli elongatur, quot ☉ à planeta ſecundũ ſignorum ſeriem diſtat: deniq; cum planetæ ☉ ſunt oppoſiti, tunc imam partem Epicycli poſſident, & hoc ad medium tempus ſuæ retrogradationis euenit. Aliter vero in duobus inferioribus contingit: nam cum ☉ poſt matutinum ortum iuncti ſunt, tunc etiam ſummam Epicycli partem tenent: poſt veſpertinum vero exortum inferiorem Epicycli partem occupant. Cæterum hanc planetarum ad ſuos circulos habitudinem in Ephemeridibus noſtris magna diligentia annotauimus, & in infraſcripta hac tabella Apogæorum, & Perigæorũ in Eccentrico vera loca ad annum Domini 1581. computauimus, quæ, vt cognoſcatur, quando longiſsimè a terra planeta elongatur, aut ad eam propinquior fit, plurimum conducit. Etenim cum planeta Apogæum Epicycli poſsidet, quando circa locum Apogæi Eccentrici hic inſcriptum reperitur, longiſsimè tunc à terra diſtat, quoties verò oppoſitum angis Epicycli percurrens, ſimul in loco Perigæi Eccentrici inuenitur, tunc ad terram quam proximè accedit, ita vt aſpectu noſtro maximus videatur. Hęc eſt tabella, quę ob Apogæorum lentiſsimum inceſſum ad multos annos, tum ante, tum retro commodè inſeruire poteſt.

	Apogęa			Perigæa		
♄	29	2	♐	29	2	♊
♃	6	36	♎	6	36	♈
♂	28	18	♌	28	18	♒
☉	8	54	♋	8	54	♑
♀	6	15	♊	16	1[illegible]	♐
☿	29	54	[illegible]	29	54	♉

Ad extremum notandum eſt ſecundum

Carda-

Cardanum, quòd omnes Planetæ iuxta Eccentrici, & Epicycli Apogæſi puriores, meliores, & fęliciores exiſtunt: quia magis primæ ſphæræ, quæ eſt perfectio omniũ, proximiores ſunt: tametſi minimè robuſtiores ſint. In oppoſito autem Augis robuſtiores: ſed deteriores ſunt: quia omne agens naturale tanto validius agit, quanto proximius paſſo eſt: ſed hoc minimè accidit in Luna. Nam cum in oppoſito Epicycli exiſtit, ſitq; ibi velocioris curſus, & proximior terræ, non ſolum robuſtior: ſed melior, & purior ſimul fit, quoniam natura elementari magis gaudet.

Contingunt etiam ratione ſuorum orbium planetis paſsiones aliæ, vt velocitas, tarditas, mediocritas motus, directio, regreſsio, & ſtatio. Dicitur itaque planeta velox, cuius verus motus ſecundum ſignorum ordinem ſuo medio motu in hac tabella annotato maior eſt.

Tardus è contra dicitur, cum eius verus motus minor medio motu, uel eius inceſſus in antecedentia ſigna fuerit. Mediocris denique motu, quando eius verus motus iuxta ſignorum conſequentiam eſt æqualis medio motui.

Medÿ motus Planetarum diurni.			
♄	0	2	0
♃	0	4	59
♂	0	31	27
☉	0	59	8
♀	0	59	8
☿	0	59	8
☽	13	10	35

Directus verò dicitur, cum eius motus augetur, ſeu cum in ſubſequẽtes ſignorum partes incedit. Retrogradus cum in antecedentes ſignorum partes fertur, ſeu cum eius motus minor fit. Porrò ſtationalis appellatur, quando nihil permeat, ſeu eius motus minimè variatur: ſed in ſtationem primam incidit, dum parum poſt retrocedere incipit, ſtationem ſecuudam tunc poſsidet, cum poſt parum tempus curſum ſuum dirigit, ſeu fit directus.

De ſyderibus, ſeu fixis ſtellis. *Cap.* 8.

OCtauo orbi ſtellæ affixæ ab Aſtrologis inerrantes dictæ fuerunt, non quòd vllo motu non moueantur: ſiquidem peculiari ſuo motu verſus ortum tardiſsimè feruntur: ſed quoniam eandem ſemper inter ſe diſtantiam ſeruant, nec etiam à via Solis vnquam ſitum ſuum permutant. Sunt itaque ſtellæ fixæ, quæ maximè ab Aſtronomis conſideratæ fuerunt 1022. & hæc differunt inter ſe magnitudine, cum aliæ primæ magnitudinis, aliæ ſecundę, aliæ tertiæ ſint, &c. prout in hac tabella faciliimè conſpicitur.

Stellæ fixæ
- Magnitudinis
  - Primæ ſunt 15. diametrum appar. habentes ſcrup. 8.
  - Secundæ ſunt 45. quarum diameter eſt ſcrup. 6.
  - Tertiæ ſunt 208. habentes diametrum ſcrup. 4.
  - Quartæ ſunt 474. & earum diamet. eſt ſcrup. 3.
  - Quintæ ſunt 216. habentque diametrum ſcrup. 2.
  - Sextę ſunt 50. quarum diameter eſt ſcru. 1.
- Obſcuræ & tenebroſæ ſunt 9.
- Nebuloſæ, ſeu maculoſę ſunt 5.

Has autem fixas ſtellas ſapientes antiqui ad 48. imagines reduxerunt, ad hoc vt melius cognoſci, & obſeruari poſſent: relictis tamen nonnullis, quas informes appellauerunt, vt apud Aratum, Eginium, Ptol. & alios videre eſt, quorum duodecim ſunt ſigniferum intexentes, & à parte Septentrionali 21. incidunt, & hæc ſunt Vrſa minor, Draco, Bootes, Vrſa maior, Cepheus, Corona Gnoſia, Hercules, Lyra, Cynus, Caſſiopea, Perſeus, Auriga, Serpentarius, Aquila, Serpens, Telum, Delphin, Pegaſus, Equiſectio, Andromeda, & Trianguls. Sed a Meridionali cœli plaga quindecim ſtatuuntur, vt Orion, Procion, Syrius, Lepus, Nauis, Hydra, Crater, Coruus, Centaurus, Fera, Thuribulum, Piſcis meridionalis, Cetus, Eridanus, & Corona auſtralis.

De robore atque fixarum poteſtate. Cap. 9.

Fixarum verò ſtellarum robur, atque efficacia multis modis perpenditur, quos omnes per ordinem hic enumerabimus.

Primo ex magnitudine, quoniam quo maiores, eò magis efficaciores ſunt: paruæ autem imbecilliores vires habent.

Secundo ex lumine, quæcunque enim lucidum habent lumen, illuſtres effectus cauſant, quæ plurimum micant, magnas conturbationes efficiunt, quæ denſum habent lumen, efficaces exiſtunt; quæ rarum debiliores, quæ vero parum luminis habent, vt obſcuræ, & nebuloſæ, obſcuros, & malos effectus cauſant.

Tertio ex colore eorum vires dignoſcuntur: etenim quæ candidum, & ſplendidum colorem habent, ♃ vires referunt: quæ vero claræ, ſplendidæ, & modicè rubentes naturam ☉ retinent; ſplendidiſsimæ, & buxeæ, ♀ vim inſinuant: Candidæ, pallentes, & hebetis luminis, Lunares effectus inducũt: Rubræ quoque ♂ aſſimilantur; plumbeæ verò ♄; ſplendidè cinereæ ☿ naturam inſequuntur. Nubiloſæ, ſeu maculoſæ ☽ ♂, tenebroſæ ☽ & ♄ naturam habent. Cæterum Ptol. cum antiquis Aſtrologis non ſolum ex magnitudine lumine, & colore naturam fixarum inueſtigat, ſed etiam aliis rationibus, obſeruationibus, & certiſſimis experimentis eam declarat.

Comparantur autem fixæ ad partes cœli, quarum cum aliæ immutabiles ſint, vt longitudo, latitudo, declinatio, aliæ mutabiles, qualia ſunt 12. domicilia: ideo quartò conſiderantur fixæ ſecundum longitudinem, quatenus ad ſigniferum referuntur, vt ſcilicet ſint in tali, vel tali ſigno, &c.

Quinto ratione Latitudinis examinantur, ita vt quæ in Zodiaco incidunt, cæteris maiorem habeant vim: quoniam & planetis corporaliter iungi, & ab eorum radiis illuſtrari poſſunt, & ſic eorum auxilio

ſuas

ſuas vires ad nos tranſmittunt: nam cum fixæ nimium à terra diſtent, pecúliariq́ue motu tardiſſime cieantur, virtus illarum ad terram non defertur, niſi ad planetas, vel principaliores partes cœli collationem habeant. Præterea maximè efficaciores ſunt, quæ in Ecliptica incidunt: quoniam ſingulis erronibus per corpus iungi poſſunt, poſt has quæ vltra ſecundum gradum latitudinis ab vtraque plaga ſunt: hæ etenim omnibus planetis præter ☉ & ♃ copulari poſſunt, minus efficaciores erunt: quæ poſt quartum latitudinis gr. ſunt, quia ☽ ♂ & ♀ tantum copulari poſſunt: debiliores verò his erunt, quæ 5. gr. latitudinis vſque ad ſeptimum excedunt, cum ♀ & ♂ tantum coitum habent: ſed etiam eos magnitudo in his conſiderari debet. Inſuper præponuntur ſtellæ fixæ, quæ ad Boream ſunt, his, quæ ad auſtrum tendunt.

Sexto ratione declinationis, anteferendæ Boreales ſunt illis, quæ declinationem auſtrinam habent.

Septimo quantum ad accidentalem ſitum cœli efficaces ſunt fixę, quę in ſingulis domorum initijs, ſeu cuſpidibus partiliter incidunt, maximè verò omnium potentiores ſunt, quæ cor cœli, & horizontales angulos perluſtrant.

Octauo, conſiderantur etiam prout ſimpliciter oriuntur in mundo, aut occidunt, & quæ in vertice alicuius regionis, ſeu ciuitatis incidunt potentiores ſunt, nec non etiam quæ horizontis circunferentiam ambiunt.

Nono & vltimo fixarum potentia examinatur ex habitudine eorum, tam ad Solem, quàm ad cæteros planetas, & hoc quidem modo multipliciter conſiderantur. Primo quatenus ſecundum longitudinem ſolum cum planetis iunguntur. Secundo prout in Antiſcio ad vnguem cum planetis conſtituuntur. Tertio quando radijs planetarum illuſtratæ ſunt. Quarto prout ſimul oriuntur in mundo. Quinto prout ſimul occidunt. Sexto quatenus ſimul tranſeunt m.c. vel imum cœli. Septimo quando oriente ☉, vel planeta ſtella fixa ſub occidentali finitore demergitur. Octauo quando occidente planeta, ſtella in finitorem orientalem eleuatur. Nono quando ☉, vel planeta m. c. poſſidet ſtella oritur, vel occ. ſimiliter quando planeta tranſit m. i. c. ſtella oritur, aut occidit. Decimo quoties planeta ex oriente, vel occidente ſtella culminat, vel imat cœlum. Vndecimo, & vltimo quatenus in eodem circulo poſitionis cum planetis ſunt.

De

De partibus, ſeu ſpacijs cœli, & primum de Zodiaco. Cap. 10.

PArtes cœli diuiduntur in naturales,ſeu immutabiles, & in accidentales,ſeu mutabiles. Partes naturales ſunt,quæ vel longitudine diſtinguntur,qualia ſunt Zodiaci ſigna,vel etiam latitudine, aut declinatione: partes verò mutabiles in duodecim ſpacia dirimuntur, ſed primum de Zodiaco dicendum eſt,inde de reliquis per ordinem.

Zodiacum circulum,ſeu ſigniferum,ſub quo planetæ perpetua agitatione ſuos curſus dirigunt,eruditi veteres Aſtrologi nõ ſine Phyſica,experimentiſque approbata ratione in duodecim æquales partes potiſſimum diuiſerunt,quas Dodecatemoria Græci,noſtriq; ſigna appellauere,deinde totam Zodiaci longitudinem in 360. partes emenſi iuxta proximitatem dierum anni,ſingulis duodecim ſignis 30.partes ęqua dimenſione tribuerunt,atq; has partes à Solis diurno greſſu recentiores gradus non incongrue nominarunt,vnuſquiſque verò gradus in 60. partes æquales iterum ſecatur,quæ minuta,ſeu prima ſcrupula dicuntur, vnũquodque minutum in 60.ſcrupula ſecunda, vnumquodque ſecundũ in 60.ſcrupula tertia,& ita deinceps ſecundum exigẽtiam computationis Mathematicæ ſecantur. Hæc autem duodecim ſigna aliter in Zodiaco primi mobilis,aliter in illo ſtelliferi,ſeu octaui orbis intelliguntur,ſiquidem in primo mobili à verni æquinoctij ſectione initium ſumunt,in orbe autem ſtellato ad inſtar terreſtrium imaginum,vt melius mente concipi poſſent ex aggregatione quàmplurimum ſtellarum figurata fuerũt, quæ quidem octaui orbis ſigna,& ſi tempore Ptolemęi, veterumq; artificum cum ſignis primi mobilis plane conueniebant, ex quo nomen retinuerunt: tamen hoc noſtro ſæculo caput ♈ ſtellati ab æquinoctii puncto,ſeu à capite ♈ primi mobilis circiter par.28.elongatum eſt.

Duodecim autem ſignorum ordo,nomina,& characteres in hac tabella apparent.

1	♈	*Aries*	4	♋	*Cancer*	7	♎	*Libra*	10	♑	*Capricornus*
2	♉	*Taurus*	5	♌	*Leo*	8	♏	*Scorpio*	11	♒	*Aquarius*
3	♊	*Gemini*	6	♍	*Virgo*	9	♐	*Sagitarius*	12	♓	*Piſces*

Multifariam autem hæc ſigna diuiduntur,quas diuiſiones ordine cõgruo tractabimus,cum ex eis eorum natura ſatis manifeſte appareat.

De prima Zodiaci diuiſione à quatuor anni temporibus orta. Cap. 11.

PRima etenim diuiſio à temperatura quatuor anni temporũ mediantibus circulis coluris in quatuor quartas,ſeu quadrantes proportione qua-

ne quadã quatuor hominum ætatibus,quatuor humoribus,& quatuor plagis mundi conuenientes,ſumitur,& in vnaquaquè harum ſectionũ tria continentur ſigna.

Prima ſectio,quæ ex ♈ ♉ ♊ conſtat,dicitur Vernalis,& hæc quidẽ ad inſtar ipſius Veris calida,humida,& temperata eſt,inſuper ſanguinea,& ętati incrementi,ſeu puerili maximè conueniens.

Secunda quadra,quæ Aeſtiualis dicitur ♋ ♌ ♍ continet, & eſt calida,ſicca,& cholerica,generationi,profectioniq; fauẽs,ac iuuenili ętati, ſeu roboris maximè dominant.

Tertia ſectio Autumnalis,quæ ♎ ♏ ♐ complectitur,eſt frigida,ſicca,melancholica,ac decreſcens,& virili ætati præeſt.

Quartus quadrans ♑ ♒ ♓ tenet,qui dicitur Hyemalis , & eſt frigidus,humidus,phlegmaticus,& debilitatis ætati , ſeu ſenili congruens.

De ſecunda ſignorum partitione in Mobilia, Fixa, & Communia. Cap. 12.

SEcundo modo diuiduntur ſigna in Mobilia,Fixa,& Communia.Mobilia,ſeu Cardinalia ſunt,quæ quatuor cardines Zodiaci conſtituũt, & quatuor anni tempora diſtinguunt,vt ♈ vernum, ♎ autumnum , ♋ æſtatem,& ♑ hyemem,ſed ♈,& ♎ dicuntur æquinoctialia,quoniã cũ Sol eſt in illis, fit æquinoctium in vniuerſa terra: ♋ vero,& ♑ dicuntur tropica,ſeu ſolſtitialia,quia dum Sol eſt in illis conuertitur, vt in ♋ recedendo à nobis, & in ♑ ad nos accedendo.

Fixa dicuntur,quoniã ſtatus temporis in illis firmatur; fit enim tempus in ♉ temperatius, in ♌ ardentius , in ♏ aridiſſimum & in ♒ humidiſſimum.

Communia vero dicuntur,qui manifeſtę fiunt temporum mutationes,dum Sol in eis exiſtit,hęc etiam Bicorporea,dicuntur,quia duobus corporibus hac de cauſa figurãtur.Nam dũ ☉ eſt in illorũ initio, vim præſentis temporis oſtendit,dum eſt in fine , ſuccedentis .Sunt autem hæc communi ſigna ♊ ♍ ♐,& ♓ ponunturque inter fixa & mobilia, quia ab extremo ad extremum abſque medio non fit tranſitus.

De ſignis maſculinis,& fœmininis. Cap. 13.

SIgnorum preterea alia ſunt maſculina,alia ſunt fœminina:maſculina dicuntur etiam diurna,quia inuicem conuertũtur , cum in calido & ſicco cõueniant.Fœminina verò nocturna etiam ſunt, quia conueniunt in frigiditate,& humiditate,ſunt autem hæc .

♈	♊	♌	♎	♐	♒	*Maſculina.*
♉	♋	♍	♏	♑	♓	*Fœminina.*

Hęc ideo ſit alternatim poſita,& diſtincta ſunt,quia & maſculi ſocietate fœminarum gaudent,& dies, & nox ſibi inuicem ſuccedunt,

De

medijs ſignorum ſeſe intuentium partibus conuenient,ob idque facilis eorum inuentio erit,ſubducẽdo partes, quarũ Antiſcia quęruntur,ab integro ſigno, vtpotè à nu.30.vt exempli gratia,ſi Sol ſit in Par.18.ſcr. 40′.♈ ſitq; eius Antiſcium,ſeu pars intuens inuenienda,primo ex ſupraſcripta tabella conſtat ſignum ♈ intuere ſignum ♍,ſi ergo Par.18. 30′ demantur ab integro ſigno,reliquum erit Par.11.20′. quare ☉ in Par.18.40′. ♈ exiſtens Antiſcium mittit in Par.11.20′. ♍.

De Imperantibus, & Obedientibus ſignis. Cap. 16.

DIuiduntur etiã 12.ſigna in Imperantia,& Obediẽtia, & hęc ſunt, quę ab Aequatore ęquali ſpacio recedunt,ſuntq; in eiſdem paral lelis:ſed Imperãtia ſunt in æſtiua & boreali parte cœli,in qua Sol dies noctibus maiores facit. Obedientia vero in contraria parte cœli,nẽpe in hyberna,& auſtrali, in qua ☉ longiores noctes diebus efficit. Hęc autem ab Arabibus concordantia in itinere ſigna vocantur.

Signa	♈	*ordo*	♉	♊	♋	*ordo*	♌	♍	*Imperantia*
Signa	♓		♒	♑	♐		♏	♎	*Obedientia*

Signa vero, quę in □ radiatione ſunt, odioſè Imperantia & Obedientia dicuntur. Partes etiam imperantes,& obedientes ſimili modo quo ſuperius intuentes, inueniuntur.

De Signis coniunctis,& inconiunctis. Cap. 17.

POſtremò ſignorum alia dicuntur inter ſe cõiuncta,& hæc ſunt,quæ aliquo modo inter ſe aſſociantur & copulantur,vt quando intuentes,ſiue imperantes,ſiue obediẽtes ſibi inuicem ſunt,vt ſupra diximus, ſiue etiam quãdo in aliquo aſpectu inter ſe ſunt,vtputa oppoſito,ſextili,quadrato,& trino,quemadmodum infra de aſpectibus trademus.

Tabula radiationum duodecim Signorum.

		✱	□	△	☍
♈	*Dex*	♒	♑	♐	♎
	Siniſ	♊	♋	♌	
♉	*Dex*	♓	♒	♑	♏
	Siniſ	♋	♌	♍	
♊	*Dex*	♈	♓	♒	♐
	ſiniſ	♌	♍	♎	
♋	*Dex*	♉	♈	♓	♑
	Siniſ	♍	♎	♏	
♌	*Dex.*	♊	♉	♈	♒
	Siniſ	♎	♏	♐	
♍	*Dex.*	♋	♊	♉	♓
	Siniſ	♏	♐	♑	
♎	*Dex.*	♌	♋	♊	♈
	Siniſ	♐	♑	♒	
♏	*Dex.*	♍	♌	♋	♉
	Siniſ	♑	♒	♓	
♐	*Dex*	♎	♍	♌	♊
	Siniſ	♒	♓	♈	
♑	*Dex.*	♏	♎	♍	♋
	Siniſ	♓	♈	♉	
♒	*Dex.*	♐	♏	♎	♌
	Siniſ.	♈	♉	♊	
♓	*Dex.*	♑	♐	♏	♍
	Siniſ.	♉	♊	♋	

Inconiuncta vero ſunt,quæ nullo horum modorum inter ſe cõueniunt

niunt,hæc dicuntur aliena,& auerſa,quia nullã inter ſe familiaritatem habent.Inueniuntur verò incõiuncta ſigna tali pacto,quatuor ſigna fixa habent quatuor inconiuncta ſigna,& hæc ſunt ſigna proximè antecedentia & ſequentia,& his oppoſita. Mobilia habent tantùm duo inconiuncta,ſcilicet ſuccedens & eius oppoſitum:Cõmunia ſimiliter habent inconiuncta antecedens , & illi oppoſitum : in hac autem tabella omnes inconiunctæ combinationes deſcriptæ ſunt .

Duodecim	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	*ſigna.*
Incõiuncta	♉ ♏	♈ ♊ ♐ ♎	♉ ♏	♌ ♒	♋ ♍ ♑ ♓	♌ ♒	♏ ♉	♎ ♐ ♈ ♊	♏ ♉	♒ ♌	♑ ♓ ♋ ♍	♒ ♌	*Inconiuncta*

De cęteris partibus cœli,quæ latitudine & declinatione diſiunguntur. *Cap.* 18.

ORdo expoſtulat,vt de reliquis ſtabilibus partibus cœli hoc in loco loquamur,quæ ſunt Latitudo, & Declinatio .

Latitudo igitur eſt diſtantia,ſeu receſſus ſtellę ab Ecliptica:hęc autem duplex eſt, alia Borealis, alia Auſtralis . Latitudo Borea eſt,quæ verſus Arctoam,ſeu Septẽtrionalem plagam computatur. Auſtrina verò,quę ad Meridianam cœli partem refertur. Quod autem fixę ſtellæ alię Auſtrinam latitudinem , alię Boream habeant, nulli dubium eſſe debet:ſimiliter ꝙ Sol nullã obtineat latitudinẽ,cum ſemper in Ecliptica maneat:à qua latitudo cõputatur ; ſed de cęteris Planetis nõ omnibus notũ eſt; itaq; ſciendum eſt,ꝙ cum plana deferentium cęterorum Planetarum non ſemper in plano Eclipticę, quẽadmodum illud Solis, maneant: ſed ipſum planum Eclipticę in centro mundi ſecantes,modo in Septentrionem,modo in Meridiẽ Planetas abſcedere,& inclinare faciunt,quinetiã ob Epicyclorum inclinationes , & deflexiones nõ parũ Planetę ab Ecliptica recedunt.Verũ ſectio,qua Planeta ad Boreã trãſit Anabibazonta à Gręcis, à noſtris verò nodus Euehens,Attollens, ſeu Aſcendens,& caput draconis dicitur,taliq; charactere ſignatur ☊.Atque ſectio,qua ad Meridiem defertur, a Grecis Catabibazõta,& à noſtris Nodus Deuehens,Deprimens,Deſcendens,& cauda draconis appellatur,talique charactere ſcribitur ☋:hi aũt nodi contraria è diametro loca tenẽt.Limites vero,ſeu Flexurę,vbi maximã latitudinem Planetę ſortiuntur,ventres Draconis appellantur,ita vt pars,quę in Aquilonẽ diſcedit,limes ſeu venter Boreus, eà verò,quę ad Meridiem tendit,limes ſeu venter Auſtrinus dicatur.Cęterum nodi, qui ex inclinatione

tione deferentis ad Eclipticam eueniunt, certo temporis ſpatio per Zodiacum diſcurrunt. Nodi ſiquidem Lunæ ſemper quotidie 3. ſcr. cũ aliquot ſecundis in præcedentia feruntur. Hi etiam magnæ fortitudinis cæteris aliorum planetarum nodis eſſe reperiuntur, quia talia loca magnam vim à Luna recipiunt, aſſimilant Aſtrologi ☊ naturæ ♃,&♀, & planetarum vires auget, ita quòd bonus cum bonis aſſociatus efficitur, cum malis autem malus. ☋ verò aſſimilatur naturæ ♄, & ♂,& talis locus infortunat, & vim minuit, quamobrem cum malis bonus, & cũ bonis malus eſt. Deſcribitur autẽ motus ☊ in Ephemeridibus, ex quo faciliter locus ☋ inuenitur. Verùm cæterorum planetarum nodi tardiſſimè in cõſequentia ad motum ſcilicet octauæ ſphæræ Apogæa propria cõſequuntur, quapropter eorum loca ad annum Domini 1581. in ſubſequenti tabella annotata pluribus annis & ante, & retro haud perperam ſatisfacient. Cæterum ob Epyciclorũ inclinationes, & deflexiones latitudines abſidum augentur, minuunturvè, cum ſuperficies Epicycli ad ſuperficiem Eccentrici eodẽ modo, quo Eccentricus ad Eclipticam ſe habet, inclinata ſit, quod quidem minimè in Luna cõtingit, cum eius Epicycli planũ a deferentis plano non recedat, quare ſimplicem ſolum deferentis latitudinem habet. Igitur nodi, & ventres, qui ratione Eccentrici, & Epicycli ſimul in cæteris planetis accidunt, nõ ita facilè præfiniri poſſunt, cum tam frequenter eorum varietur motus, ſed potius eorum loca ex Ephemeridibus petẽda ſunt in calce, vbi latitudo planetæ ſcripta eſt. Sequitur tabula nodorum, & limitum, quos planetarum deferentes faciunt, in qua etiam adnotatur maxima latitudo, quam planetæ habere poſſunt.

	Maxima latitudo		*Sectiones, ſeu nodi*		*Limites, ſeu ventres*	
	Borea	*Auſtrina*	*Euehens* ☊	*Deprimẽs* ☋	*Boreus*	*Auſtrinus*
♄	3 2	3 5	9 2 ♌	9 2 ♒	9 2 ♏	9 2 ♉
♃	2 4	2 7	26 36 ♋	26 36 ♑	26 30 ♎	26 36 ♈
♂	4 3	6 50	28. 18 ♉	28 18 ♏	28 18 ♌	28 18 ♒
♀	6 22	6 22	16 15 ♓	16 15 ♍	16 15 ♊	16 15 ♐
☿	4 5	4 14	29 54 ♌	29 54 ♒	29 54 ♏	29 54 ♉
☽	5 0	5 0				

Amplius ſciẽdum eſt, ꝙ planetæ ratione latitudinis dicuntur aſcẽdẽtes, & deſcendẽtes, reſpectu. ſ. poli Zodiaci arctici. Sunt etenim aſcẽdentes, quando vel eius latitudo Meridiana minuitur, vel Borealis maior fit: aſcendunt autem planetæ à limite Auſtrino vſque ad Boreũ terminum. Deſcendentes verò dicũtur, quoties eius latitudo Septentrio-

nalis decreſcit, vel quando Auſtrina augetur, deſcendunt namque à Boreali ad Auſtralem limitem.

Declinatio autẽ nihil aliud eſt, quàm ſtellarum ab Aequatore diſtãtia, quæ duplex eſt Auſtrina, & Borea, nec diſſimili modo reſpectu declinationis planetæ aſcendere, vel deſcendere dicuntur. Nã dum ſtellæ ad Arcticum æquinoctialis polum nobis cõſpicuum propiùs accedũt, in declinatione aſcendere dicũtur. E contra deſcendentes ſunt, quãdo ab Arctico polo remouẽtur, imumque auſtrale petunt. Stellæ igitur potentiores ſunt in latitudine, & declinatione Septentrionali, quàm è contra in Meridionali, quoniam propiùs ad nos accedunt.

De fortuita, atque variabili diuiſione cœli. *Cap.* 19.

QVemadmodum ſupra partitione immutabili, atque firma diſtributum fuit cœlũ in duas medietates, in quatuor quadrantes, & in duodecim ſpacia, ſeu ſigna, ita etiam conuenienter totidem modis diuiſione, quæ ob primum motum ad diurnam cœli conuerſionem aſſiduò variatur, diſtinguitur. Primum itaque officio Meridiani circuli in duas æquas partes, quarum altera aſcendens, altera deſcẽdens dicitur, perpetuò dirimitur, quas deinde medietates Horizon, ſeu circulus finitor partitur, alterã ſcilicet partem ſupra hemiſphęrium noſtrũ eminẽtem, altera infra terram latentẽ relinquens ita, vt inde quatuor quadrantes exeant, atque hi quadruplicibus temporibus anni, complexionibus, plagis mundi, & hominum ætatibus iuxta Arabes comparãtur. Poſtremo in duodecim partes æquales ſectionẽ recipit, quas Aſtrologi Manſiones, Hoſpitia, Habitacula, & Domicilia nominãt. ſed in hac partitione cœli artifices inter ſe non nihil diſcrepant, quemadmodum infra cap. 10. ſecũdi tractatus, cui titulum fecimus, De cœleſtis figuræ erectione, tractabimus. Porrò hæ domus ab Horizonte orientali initium ſumentes, & iuxta ordinem ſignorum per Horizontem inferiorẽ ad eundem finitorem reuertentes ducũtur, efficiturque, vt in vnoquoque quadrante tria contineantur domicilia.

Primus itaque quadrans, qui ab ortu ad mediũ cœli extenditur cõtinet domũ 10. 11. & 12. & dicitur Maſculinus, Orientalis, Aduenieus, & ſecundum Arabes ſanguineus, atque calidus, & ſiccus: quem tamen Ptol. tantum ſiccum aſſerit, ob id: quia cum Sol in eo eſt, humiditatem noctu excitatam deſiccat, tum etiam quòd ſubſolani venti ab hac plaga erumpentes aridi, & auram deſiccantes ſunt.

Secunda cęli quarta à medio cęli ad finitorem occidentalem terminatur, atque domum 9. 8. & 7. complectitur, quã Arabes cũ Ptolemæo fęmineam, meridianam, & recedentẽ ſtatuunt. Inſuper eam cholericã, vtpote calidam, & ſiccam dicunt: quod Ptolemæi opinioni fermè conſentit,

ſentit, quippe propter ☉ flammationes in m. c. maximè ad eam partē accedens, & propter ventos notos calidos, & rarificos ex ea regione ſpirantes, calidiſsimam eſſe ponit.

Tertium quadrantem 6.5.& 4.domus componunt, cum ab occidēte ad meridianũ ſubterraneum deferatur, & eſt maſculus, occidentalis, & aduenięns, & iuxta Arabes melancholicus, frigidus, & ſiccus eſſe creditur. Iuxta Ptolem. tamen humidus eſt. Quoniam cũ Sol ad eum peruenit, humiditas in die exhauſta diffundi incipit, & Fauonij ab ea exeuntes teneri ſunt, & madidi.

Quartus denique quadrans 3.2.& 1.domicilia continens inter medium cęli ſubterraneum, & orientem clauditur, fęmininusque ſeptentrionalis, & recedens eſt. Arabes eum flegmaticum, atque frigidum, & humidũ appellant, quod non multum à mente Ptolemæi diſcordat, quando eum frigidum ex eo dicit, quòd dum Sol meridianum ſub terra latentem conſcendit, longiſsimè a nobis abeſt, tum etiã quia Aquilonares venti, qui ex tali ſitu proueniunt frigidi, & cõgelatores ſunt.

Domorum præterea aliæ ſunt angulares, aliæ ſuccedentes, aliæ denique cadentes. Angulares domus, ſeu cardinales dicuntur, quæ in quatuor cardinibus mũdi incidũt, cõſequuntur etenim ea quatuor Aequinoctialis, & Zodiaci puncta, quæ Meridianum, & Horizontem ab vtraque parte tangunt: quæ puncta, vt principalia, maximæque poteſtatis vocantur cardines, anguli, turres, & à Græcis centra: dicuntur etiam cuſpides, quod verbum & cæterarum domorum initijs commune eſt: ſunt autem domus angulares prima, quarta, ſeptima, decima. Hęc ſunt cæteris robuſtiſsimæ, & validiſsimæ. Succedentes domus ſunt ſecunda, quinta, octaua, vndecima, ſic dictæ, quia angulares domus proximè ſequuntur, Græci has Anaphoras, ſeu Epanaphoras appellant: hę ſunt mediocres robore. Demum cadentes dicuntur, à Græcis Apoclimata, & Cataphoræ, vocantur etiam pigra, ſeu deiecta loca, quia cum Horoſcopo nullam familiaritatem habent, vt duodecima, tertia, ſexta, & nona; hæc ſunt cæteris debiliſsimæ.

Sequitur figura duodecim domorum cum ſuis ſignificatis.

& 8. malè collocantur; ſed hæc loca potiſſimum conſideranda ſunt, quatenus cum rebus inferioribus familiaritatem, ac ſignificationem ſortiuntur, prout in prædictionum libris fuſius pertractatur.

De domibus Planetarum. *Cap. 21.*

DOmus eſt locus potentior & principalior, vtpotè prę cęteris naturæ, atq; temperaturæ Planetæ maximè conueniens. Cuius ratio, & fundamentum ex hoc apparet: quoniam cum ex 12. ſignis duo potẽtiora, efficacioraq; comperta ſint, cum propiùs ad verticem noſtrum cęteris accedãt, in quibus Sol maximum calorẽ apud nos excitat, meritò ea luminaribus, vt pręcipuis Planetis attributa ſunt. Soli quidẽ ♌ cum ſit ſignum maſculinum, calidum, & diurnum: ſed ♋ Lunę cum ſit fœmininum, & nocturnum, quapropter ea medietas, quę à ♌ ad ♑ eſt naturę ſolari maximè conuenit: ea verò, quę ab ♒ ad ♋ vſque extenditur, Lunaris eſt.

Reliqua, quæ ſuperſunt, ſigna cęteris Planetis accõmodata ſunt eo ordine, quem planetę in cœlo tenent, & ſinguli bina ſigna pro hoſpitijs poſſident: etenim ☿, qui ratione ſitus Lunæ proximus adheret, nec vnquam plus 28. partibus à Sole recedit, cõuenienter proxima domibus luminarium ſigna, quæ ſunt ♊ & ♍ pro domibus competunt.

Inde domicilia ♀ ſubſequuntur, quæ ſunt ♉ & ♎, quia cum ſit fortuna minor, luminaribusq; amica, neque à Sole plus 48. ferè partibus diſtare poteſt, vtpotè tertio ſigno à Sole, hęc ſigna luminarium domos ſexangulari radio aſpiciunt: accedit etiam ad hoc; quòd ambo fęcunda, quemadmodum ♀, ſunt.


Sequitur in ordine ♂, cui vt infortunę minori, luminariumq; inimico ſigna his ſuccedentia pro domibus attributa ſunt, vt ♈ & ♏ hęc enim ſigna tetragono radio luminarium domos feriunt: ♏ quidem domum Solis, ♌. Aries verò ♋ domum ☽.

Subſequitur inde ♃ fortuna maior, luminariumq; amiciſſimus, cui data ſunt ſigna proximè his ſuccedentia ♐ & ♓, quę ſunt cęteris fęcundiora ad inſtar ♃, atq; cum luminarium natura maximè conuenientia, ob id, quòd hæc ſigna luminarium domos trigona radiatione omnium optima aſpiciunt, velut ♐ Leonem, & ♓ Cancrum.

Poſtremo loco remanet ♄ frigidisſimus, & infortuna maior, qui cũ proprium orbem omnibus remotiorem habeat, ſitq; luminariũ inimicisſimus, ob id reliqua ſigna, vtpotè ♑ & ♒, quæ ſunt malefica, & frigidisſima, domibusq; luminarium oppoſita, meritò ei conueniunt.

Neq; hoc loco mihi diſplicet domorum diſtinctio ab Arabibus excogitata, dum cuiq; planetæ alteram diurnam, atq; alteram nocturnam, ex conditione ipſius ſigni attribuant. Itaque diurnæ domus Solis do-

mui,nocturnę verò ☽ domui configuratę erunt, & planetę diurni in diurna:nocturni verò in nocturna domo gaudere maximè dicũtur:ſed indifferens ☿ magis in ♍ ſigno ſicco gaudet,cum hoc etiam ſignum in hexagona radiatione domus ☽ ſit.



Contraria verò ratione oppoſita domibus Planetarum ſigna maximè aduerſantia naturæ Planetarum ſunt, cum in eis ob contrariam conſtitutionem vehementer vires amittant, & hæc detrimenta, ſeu exilia Planetarum vocantur, quæ ſunt hæc.

Detrimenta Planetarum						
☉	☽	♄	♃	♂	♀	☿
♒	♑	♌ ♋	♍ ♊	♎ ♉	♏ ♈	♐ ♓

De altitudinibus Planetarum. Cap. 22.

ALtitudinis,ſeu Exaltationis dignitas poſt domum præcipua eſt,& maxima, in qua exiſtens Planeta,tanquã in ſigno ad propriam vim exercendam apto magnopere lætatur,& euidentem in aere, cęteriſq; rebus mutationem oſtendit. Eius autem ratio talis eſt. ☉ exaltatur in ♈,ob id,quia cum tale ſignum ingreditur in ſemicirculum Borealẽ ſcandens,qui procreationi rerum fauet,maximè gaudet, & tunc augeſcere dies,& calor incipit,contrariaq; ratione in ♊ deijcitur.Lunę verò ſuccedens ♉ ſignum pro Exaltatione competit,cum poſt ☉ ſecundum obtineat in generatione locum:quoties.n. luminaria in ♈ copulantur,vbi initium anni,& procreationis rerum ſumitur, tunc ☽ poſt coitum in ♉ apparere,lumenq; ſuum refulgere incipiet:eius aũt deiectio in ♏ eſt,ſed cum ♄ frigiditatis,interituſq; rerum author ſit,meritò ♎ aduerſum Altitudinis ☉ ſignum competit, & pro deiectione ob contrarias cauſas ſignum ♈, deinde ♃ in ♋ extollitur,vbi Septentrionales ventos,quorum maximè fœcundus eſt,commodius excitat,in ♑ autem deprimitur, at ♂ vt ♃ contrario pro Altitudine ♑ deſignatus eſt,quia cũ tale ſignum ſit à puncto verticali noſtro remotiſſimum, magis calorem ♂, & ardorem obtemperat:contraria verò cauſa ſignũ ♋

eius

eius eſt depreſſio: ♀ poſtea, quæ humiditatis efficiens eſt, maximam vim in humido ♓ ſigno oſtendit, & in eo exaltatur, deijciturq; in ♍, ſed ☿ vt huic contrarię naturę exiſtit, nempe aridiſſimę, ita etiam cōtrariam Altitudinem expoſcit, itaque in ♍, vt ſicco ſigno ſublimatur, & ſuæ Altitudinis deiectus locus eſt ♓.

Exaltationes, ſeu Altitudines Planetarum						
☉ ♈	☽ ♉	♄ ♎	♃ ♋	♂ ♑	♀ ♓	☿ ♍
Deiectiones & Caſus.						
♎	♏	♈	♑	♋	♍	♓

De Planetarum Trigonis. Cap. 13.

TRiangularitatis, ſeu triplicitatis dignitas eſt dominium ex dignitate domus, altitudinis, & ſectę proueniens, quod Planetę in tribus ſignis trigono connexis habent. Talia enim ſigna quamuis propriè temperatura haud conueniant, videntur tamen ob ſexum, conditionem, & radium trigonum familiaritate quandam inter ſe conciliari, eò maximè cum ab eiſdem Planetis gubernentur. Diuiduntur autem ſigna in quatuor triangulos, & in vnoquoq; vnum ſignum mobile vnum fixũ, & vnum commune incidit, & ſigni fixi dominus in quoque trigono potiorem dominium, & primum locum obtinet.

Primus itaque Triangulus, quē Arabes igneum vocant, ex ♈ ♌ ♐ maſculis, & diurnis ſignis conſtat, cuius imperium ſortitur ☉ & ♃ maſculi, & diurni Planetę, ita vt ☉ inter diu primum locum teneat, ♃ ſecundum, quemadmodum noctu ♃ primum, & Sol ſecundum. Arabes hunc Trigonum orientalem faciunt: ſed Ptolemęus, cui magis credēdum eſt, eum Borrholybicũ appellat, quod mixturã ex borea, & aphrico ſignificat, etenim ob ♐ domum ♃ Septentrionales ventos excitat, cui etiam admiſcentur occidentales venti ob ♈ domum ♂, qui in locum ☉ ſuccedit, ob id quia ☉ generalis ventorum motor peculiarem ventum minimè habet.

Sed Arabes huic Trigono tres dominatores tribuunt, cum alij ſuperioribus Planetis ♂ adiungant, quem tamen Ptolemæus propter alienam conditionem, vtpote nocturnam excludit, tum quia Soli eſt inimicus, qui huius Trigoni præcipuus dominator eſt, alij poſtea adiungunt ♄, qui ſimiliter excludendus eſt, cum nec domus, nec altitudinis in ſignis huius Trigoni imperium obtineat, ob id etiam ♄ in ♈ deijcitur, in ♌ detrimentum patitur, & maximè Soli aduerſarius eſt.

Secundus Trigonus tria ſigna fœminina, & nocturna continet, quæ ſunt ♉ ♍ & ♑, atque hunc Arabes terreum appellant, eiq; iuxta Ptolemæū ☽ & ♀, vt trigonocratores præficiuntur, ſic quòd in die ♀, & in nocte ☽ primum obtineat locum. Hunc Arabes Meridionalem ponunt, ſed melius iuxta Ptolemæum Notapelioticus, ſeu Auſtriſolanus, ideſt ex auſtro & ſubſolano mixtus dicitur, quoniā propter dominium ♀ in ♉ Meridionales ventos mouet participantes cum oriente, ob ♑, cui ♄ dominatur, qui in Lunæ locum ſuccedit, cum ipſa propter generalem ſignificationem, ſicut Sol, nullum ſpecialem ventum habeat. Arabes etiam ♂ vt ſocium in dominio adiungunt, quem tamē Ptolemæus negligit, cum in ♉ potiori huius Trigoni ſigno, vtpotè fixo, detrimentum patiatur.

Tertius autē Triāgulus, qui aereus ab Arabibus dicitur, ex ♊ ♎, & ♒ maſculis & diurnis ſignis conficitur, cuius dominatores ſunt ♄ & ☿, ita vt ♄ die, ☿ verò nocte præferatur. Dicitur hic Trigonus ſecūdum Arabes occidentalis, ſed de ſententia Ptolemæi Borrapelioticus, id eſt ex borea & ſubſolano mixtus, quoniam venti ex eo prouenientes ob ♄ magis in ipſo dominantem orientales ſunt, participantes cū Septentrione propter ☿, qui conditionis cauſa Saturno conciliatur, neglecto ♃, quem Arabes, vt participem adiungunt, quoniam nec domum, nec altitudinem in ipſo habet.

Quartus & vltimus Trigonus ex ♋ ♏ & ♓ fœmininis & nocturnis conflatus, aqueus dicitur, habetque vt præcipuum dominatorem ♂, cum ſit dominus fixi ſigni, qui tamen die ♀, nocte vero ☽ ſocios aſſumit. Arabes hunc Septentrionalem eſſe dicunt. Verum iuxta Ptolemæum Notolibycus, ſeu Auſtriaphricus dicitur, vtpotè qui occidentales excitat ventos propter ♂ & ☽ dominos participantes tamen cum meridie propter ♀.

De finibus, ſeu Planetarum terminis. *Cap.* 24.

OBſeruatum ab antiquis fuit, Planetas certos, ac limitatos gradus in ſignis obtinere, in quibus maximam prærogatiuā habent, quos terminos, ſeu fines nuncuparunt, de quibus cum Ptolemæus ſatis abūdè tractet, eorum rationes, & fundamenta ponens, ideo ſolum tabulas eorum hic apponimus, admonentes Lectorem, quòd poſtquam Ptole. de ipſis tres opiniones recenſet, finibus Chaldeorum reiectis, Aegyptiorum fines laudat, eoſque, quos in quodam antiquisſimo libro ſe inueniſſe aſſerit magis præ ceteris extollit. Verum, ferè omnes tum veteres, tum iuniores Aſtrologi Aegyptiacos terminos approbare, & ſequi magis videntur.

Tabula

Tabula precipuarum dignitatum eſſentialium.

	Domus		Exaltatio	Trigonocratores iux. Ptol	*Termini, ſeu fines Planetarum ſecundum Aegyptios.*					*Termini, ſeu fines, qui dicuntur Ptolemei.*				
♈	♂	D	☉	☉ ♃	6 ♃	12 ♀	20 ☿	25 ♂	30 ♄	6 ♃	14 ♀	21 ☿	26 ♂	30 ♄
♉	♀	N	☽	♀ ☽	8 ♀	14 ☿	22 ♃	27 ♄	30 ♂	8 ♀	15 ☿	22 ♃	26 ♄	30 ♂
♊	☿	D		♄ ☿	6 ☿	12 ♃	17 ♀	24 ♂	30 ♄	7 ☿	14 ♃	21 ♀	25 ♄	30 ♂
♋	☽	N	♃	♂ ♀ ☽	7 ♂	13 ♀	19 ☿	26 ♃	30 ♄	6 ♂	13 ♃	20 ☿	27 ♀	30 ♄
♌	☉	D		☉ ♃	6 ♃	11 ♀	18 ♄	24 ☿	30 ♂	6 ♄	13 ☿	19 ♀	25 ♃	30 ♂
♍	☿	N	☿	♀ ☽	7 ☿	17 ♀	21 ♃	28 ♂	30 ♄	7 ☿	13 ♀	18 ♃	24 ♄	30 ♂
♎	♀	D	♄	♄ ☿	6 ♄	14 ☿	21 ♃	28 ♀	30 ♂	6 ♄	11 ♀	19 ♃	24 ☿	30 ♂
♏	♂	N	—	♂ ♀ ☽	7 ♂	11 ♀	19 ☿	24 ♃	30 ♄	6 ♂	14 ♃	21 ♀	27 ☿	30 ♄
♐	♃	D		☉ ♃	12 ♃	17 ♀	21 ☿	26 ♄	30 ♂	8 ♃	14 ♀	19 ☿	25 ♄	30 ♂
♑	♄	N	♂	♀ ☽	7 ☿	14 ♃	22 ♀	26 ♄	30 ♂	6 ♀	12 ☿	19 ♃	25 ♂	30 ♄
♒	♄	D		♄ ☿	7 ☿	13 ♀	20 ♃	25 ♂	30 ♄	6 ♄	12 ☿	20 ♀	25 ♃	30 ♂
♓	♃	N	♀	♂ ♀ ☽	12 ♀	16 ♃	19 ☿	28 ♂	30 ♄	8 ♀	14 ♃	20 ☿	26 ♂	30 ♄

De Planetarum carpentis. Cap. 25.

CArpenti, ſeu throni omnium nobiliſſima dignitas eſt compoſita ex alijs ſimplicibus, quæ ſupra poſitæ ſunt. Nam tunc Planeta carpentum, ſeu ſolium conſequitur, cum fuerit in loco duabus, aut pluribus ſocietatis dignitatibus cognato conſtitutus: videtur enim tunc quaſi in omni ſuo gaudio collocatus, atque eius operandi facultas excellenter augetur, & conduplicatur.

De ſua ſingulorum Planetarum perſona. Cap. 26.

PLanetæ ſuas perſonas gerere dicuntur, quoties ſinguli eo modo cum Sole, aut Luna configurãtur, quo domus ipſorum cum luminarium domibus, ita tamen ut ad Solem occidentales, ad Lunam verò orientales ſint. Arabes hanc Almugeam, & vulgares Aſtronomi videre á facie ad faciem nominant. In Almugea igitur Solis dicitur Planeta, cum á Sole tot ſignis diſtat, quot á ♌ prima domus eius, quæ ſubſequitur ſecundum ſucceſſionem ſignorum diſtat; ſed in Almugea Lunæ eſt, quando tot diſtat ſignis, quot á ♋ domus Planetæ, quæ ſubſequitur, contra ordinem ſignorum diſtat, quæ omnia euidenter in ſubſequenti tabella patent.

Almu-

Almugea ☉			*Almugea* ☽		
♄	*In ſigno ſe-*	5	♄	*In ſigno con*	5
♃	*cundum ſe-*	4	♃	*tra ſeriem*	4
♂	*riem ſigno-*	3	♂	*ſignorum*	3
♀	*rum poſt* ☉	2	♀	*poſt* ☽	2
☿		1	☿		1

De Planetarum gaudio. Cap. 27.

GAudium planetæ iuxta Ptolemæū eſt, quando planetæ, non in proprijs locis, ſed in amicorum dignitatibus, vtpotè ſuæ conditionis ſunt: hæc autem exigua, & omnium minima eſt dignitas. Arabes verò intelligunt gaudia planetarum, quoties fuerint in ſuis principalibus domibus, ſed hæc tanquàm carpenti dignitas eſt à nobis ſupra poſita.

De collatione Planetarum ad Solem. Cap. 28.

QVarto Planetarum robur reſpectu ad Solem conſideratur, quò fit vt dicantur combuſti, ſub radijs, in corde Solis, orientales, occidētales, & denique matutini, & veſpertini, aucti, & diminuti lumine.

Combuſtus dicitur planeta, quādo minus ſui orbis medietate à Sole diſtat, ſeu ante, ſeu poſt, & tunc eſt in malo ſtatu, & debiliſſimus. Sub radijs verò quando extra medietatem ſui orbis à Sole elongatur, ſed tamen eſt intra quantitatem, quam aggregatum orbium amborum cōponit, & tunc eſt minus debilis. In corde autem Solis eſt, quando ei corporaliter, ideſt ſecundum longitudinem, & latitudinem tanto ſpatio iunctus eſt, quantum componunt Solis, & planetæ ſemidiametri, hoc autem ſpatium, vt plurimum erit ſcr. 19. in hoc ſtatu dicunt Aſtrologi, planetam fortiſſimum eſſe, & eius vires conduplicari. Alij autem conſiderant combuſtionem ab occultationis puncto, ſeu heliaco occaſu ad punctum emerſionis, vel ortus heliaci, ſed hoc interuallum propter inæqualitatem ſignorum ratione aſcēſionum, & deſcenſionum minimè definiri poteſt, niſi ope tabularum noſtrarum Directionum.

Inſuper planetæ dicuntur potentiores, quando orientales ſunt. Dicūtur autem tres ſuperiores ♄ ♃ ♂ orientales, quando ☉ præcedunt, nempe à coitu ☉ vſque ad ☍, ſeu in prima medietate Epicycli, quæ eſt ab auge ad oppoſitum. Nam in hoc ſtatu Sol exoritur ante eorum occultationem. Dicuntur verò occidentales, quando ſequuntur Solem, nempe ab oppoſitione ad ☌ & in ſecūda Epic. medietate, quæ eſt à Perigæo ad Apogæū: tunc enim interdiu oriuntur, nec videntur antequam Sol occumbat: habent autem ſuperiores reſpectu ad Solē quatuor ſtatus.

Primus

Primus eſt ab exortu matutino vſque ad ſtationem primã, in quo ſunt humidi. Secundus eſt à ſtatione prima vſque dum noctu oriuntur, & tunc calefaciunt. Tertius eſt è nocturno exortu, ad ſecundã ſtationem in quo deſiccant. Quartus à ſecũda ſtatione ad ortum, & in hoc ſunt frigidi.

Venus & ☿ dicuntur orientales, quando pręcedunt Solem, & ſunt in medietate ſecunda Epicycli. Verũ ſunt in matutino exortu a Perigæo, ſeu medio retrogradationis verſus matutinas ſtationes, in quibus incipiunt curſum dirigere: ſed in occaſu matutino poſt matutinas ſtationes verſus Apogæum. Dicuntur vęrò occidentales, quando ☉ ſequuntur, & hoc accidit in prima medietate Epicycli, & ſunt in veſpertino exortu ab Apogęo Epicycli verſus ſtationes veſpertinas, in quibus retro gradi fiunt. In occaſu verò veſpertino, poſt veſpertinas ſtationes verſus Perigæum, dum recurrunt ad Solem.

Luna verò eſt orientalis ab ☍ ad ☌: occidentalis verò a ☌ ad ☍, & tunc magis robuſtior eſt, habetque ad Solem quatuor ſtatus. Primus eſt à ☌ ad primam □, in quo ſecundum communem Aſtrologorũ opinionem eſt magis humida, quàm calida. Secundus à prima □ ad ☍, & eſt calida magis, quàm ſicca. Tertius à ☍ ad ſecundam □, in quo eſt magis ſicca, quàm frigida. Quartus denique à ſecunda □ ad ☌ vbi magis eſt frigida, quàm humida. Verumtamẽ qualitates quatuor quadrantum lunarium ad Solem magis comprobo, quas in comm. c. quinti libri tertij de diebus Decretorijs Galeni attulimus, nimirum vt primus Lunę quadrans ſit frigidus & humidus, ſecundus calidus & humidus, tertius calidus & ſiccus, & denique quartus frigidus & ſiccus.

Planetæ dicuntur aucti lumine, cum a Sole recedunt, vel dum Sol ab eis recędit: minuti verò lumine dicuntur, cum ad Solem accedunt, vel Sol ad eos accedit.

De mutua Planetarum inter ſe habitudine. Cap. 29.

CAeterum Planetæ ex mutua collatione, ſeu comparatione inter ſe conſiderantur tripliciter. Primò prout alter ſupra alterum ſublimatur, ſeu exaltatur, & hæc eleuatio multipliciter accidit. Primo reſpectu ſuorum circulorum, quo fit, vt qui propius ad Augem Epicycli accedit, ſublimior eſt altero, qui magis ab ea declinat: ſimiliter qui a deferentis Auge minus diſtat eleuatus dicitur ſupra alterum, qui ab ea magis remouetur. Secundò reſpectu latitudinis, & tunc, qui magis verſus Boream aſcenderit in latitudine, præfertur ei, qui magis à Borea remouetur, & ſic Planeta habens latitudinem Septentrionalem, præfertur Planetę exiſtenti in Ecliptica, vel habenti latitudinem Auſtrinam. Sed ſi ambo ad Boream accedunt, præfertur, qui maiorem habet latitudinem: ſi verò ambo ad Meridiem tendunt, ille, qui minorem latitudinem habet, ſupra alterum eleuatus dicitur.

Tertiò

Tertiò quando duo Planetæ coniunguntur,ponderoſior,& occidentalior ſuper alterum exaltatur. Quarto reſpectu figuræ cœli,qui magis ad meridianum accedit, maximè exaltatus dicitur.

Sed quando ambo eandem, ac æqualem obtinent latitudinem, cum vterque reperitur in medietate Zodiaci aſcendente, ſiue deſcendente, ſublimior erit,qui magis in declinatione verſus Boream accedit.

Secundò conſiderantur Planetæ inter ſe quatenus ſunt in intuentib. partibus,ſeu in obedientibus & imperātibus,vt ſupra cap.13.& 14.docetur. Poſtremò conſiderantur prout ſunt in aliquo aſpectu inter ſe, ſicut in ſequenti capite tradetur.

De configurationibus,& planetarum aſpectibus. Cap. 30.

NOn ambigimus Planetas, & ſydera tum lumen, tum occultas vires in hæc inferiora orbiculariter transferre: ſed quamuis infinitos radios quælibet ſtella proijciat,& effundat:attamem qui valentiores,efficacioriſque virtutis cōperti ſunt,inter cæteros meruerunt aſpectus nuncupari. Dicitur namque ſtellarum aſpectus,ſeu radiatio mutua eorum habitudo in eiſdem (vt hic comprehendatur etiam coniunctio,quę propriè non eſt aſpectus) vel diuerſis Zodiaci partibus, qua ad inuicem virtutem,influxūmque communicare poſſunt.Solet autem plerumque quintuplex aſſignari planetarum configuratio; vt puta coniunctio, ſextilis,quadratus,trigonus,& oppoſitio.

Coniunctio, quæ coitus,congreſſus, & Gręcis ſynodus dicitur,ſic cū binæ ſtellæ in eadem ſigniferi parte reperiuntur. Hæc autem eſt natura indifferens,cum bonis nēpe bona,& cum malis mala,eſtq; omnium radiationum robuſtiſſima, & efficaciſſima. Deſcribitur breuitatis cauſa ſic ☌.

Sextilis,vel Sexangularis,qui à Gręcis Hexagonus nuncupatur, eſt diſtantia ſtellarum per ſextantem circuli,uel eſt qui duo ſigna, vel 60. partes continet.Hic enim à quouis Zodiaci puncto ad ſexageſimum gradum,tum ante,tū retro tranſmittitur.Hic mediocriter bonus eſt,quia fit ex ſignis ſexu,& natura conuenientibus, & eſt debilior cæteris;notaturque ſic ✶.

Quadratus,quadrangularis,uel ſecundū Græcos Tetragonus eſt diſtantia ſtellarum per quadrantem,ſeu quartam Zodiaci partem.Is enim tria ſigna, vel 90.par. intercipit; mediocriter autem malus cenſetur, quia pendet ex ſignis ſexu, & natura diſſidentibus: robore autem mediocris eſt,& deſignari ſolet hac figura □.

Trinus aſpectus,vel Triangularis à Græcis Trigonus dictus,eſt diſtātia ſtellarum per trientem, ſeu tertiam circuli portionem; Quatuor.n. ſigna, nempe partes 120.complectitur. Hic ſimpliciter bonus meretur appellari,tum propter efficaciam,tum ꝙ ex ſignis ſexu, & natura congruētibus cōſtet,robore aūt æqualis eſt □,& hac figura deſcribitur △.

Oppoſi-

Oppoſitio, Græcis Diametralis aſpectus, eſt diſtantia ſtellarum per hemicyclum, ſeu medietatem circuli: Hic nanque ſex ſignis, quę ſunt par. 180. clauditur, præterea noxius, & malus maximè cenſetur ratione oppoſitionis, quoniam quæ opponuntur, maximeque diſtant, maximè etiam ſibi inimicantur: robore autem excellens, & validior cęteris eſt præter ☌. Nam lineæ, quæ per centrum tranſeunt ſunt omnium validiſſimæ: notatur verò ſic ☍. *Schema aſpectuum.*



Sciendum tamē eſt, quòd quando ✶ in ſignis longarum, △ in ſignis breuium aſcenſionum incidunt, tunc malefici cenſentur, æquipollentque □ aſpectui, cum talē in æquatore, ſeu reſpectu aſcēſionum ſtatuant, quod à Ptol. & à pleriſq; alijs maximè obſeruat̄, ſed hæc ſentētia ſecundum opinionem noſtram ſic intelligitur, quòd tunc ✶ tetragono aſpectui æquiparatur, quoties in medietate cęli orientali in ſignis longarum aſcenſionum incidit, quæ ſunt ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐, ſeu etiā in occidentali parte in ſignis longarum deſcenſionum, quæ ſunt his oppoſita: hęc enim deſcendunt longè, & ęquali tempore, quo ſuperiora ſigna aſcendunt. Similiter △ aſpectus, tunc □ æquiualet, quando in ſignis breuium aſcen. in parte cœli orientali occurrit, ſeu in oppoſitis ſignis in occidentali parte. Pari ratione □ aſpectus in parte orientali in ſignis breuium aſcen. ſeu in occidentali in ſignis breuium deſcen. ſicut ✶ computabitur. Nec non etiam in orientali parte in ſignis longæ aſcē ſionis, ſeu in occidētali in ſignis longæ deſcēſionis ad △ naturā accedet.

Fuerunt ex antiquis, qui aſpectus & radiationes planetarum non ſolum in Ecliptica, ſed etiam in Aequatore colligerūt, quorum cū alij per rectas aſcenſiones, alij per obliquas, alij præter has etiam per promiſcuas, ſeu mixtas rem tractarint; nemo tamen certā tradidit viam, quæ rationi conſentanea ſit, ac experientię reſpondeat, vt apud omnes qui de huiuſmodi radiorum proiectionibus ſcripſerunt, videre licet, quas vias Regiomontanus 31. problemate tabularum directionum, vt infirmas

mas reijcit. Nos autem rectam proiectionis radiorum AEquatoris formam diuino lumine aſſecuti, ſtudioſis libenter communicauimus in tractatu de Directionibus nuper impreſſo.

De diuiſione Aſpectuum. *Cap.* 31.

MVltifariam autem aſpectus diuidũtur: Primo enim alij ſunt dextri, alij ſiniſtri. Dextri ſunt, qui à certo puncto in præcedentia, ſeu contra ordinem ſignorum tendunt: ſiniſtri vero, qui à certo puncto in ſignorum conſequentiam tranſmittuntur: validiores autem cenſetur dextri ſiniſtris, ſi fiat ad angulos cœli comparatio, quia ſtellæ ad eos non proprio motu, ſed primi mobilis feruntur: quò verò ad alias ſtellas comparati ſiniſtri dextris potentiores ſunt, cum ſtellæ proprio motu non alieno appropinquent.

Præterea configuratio, ſeu aſpectus alius dicitur partilis, alius platicus. Partilis, ſeu perfectus eſt, cum ſtellæ vel in eiſdem ſunt partibus, vel cum inter ſtellas tot intercipiuntur partes, quot radiationem aliquam conſtituunt, vt in ✶ 60. in □ 90. in △ 120. & in ☍ 180.

Porrò aſpectus partilis alius eſt ſimplex, nempe ſecundum longitudinem ſolum, & eſt quando reperiuntur ſtellæ in vno, vel diuerſis circulis per polos Zodiaci deſcriptis per partes eclipticæ ſeſe partiliter aſpiciẽtes ductis, quamuis latitudine diſſideant. Alius eſt compoſitus, qui ex longitudine, & latitudine conſtat; quando ſcilicet ſtellæ ſecundum longitudinem, & latitudinem conueniunt. At diuerſimodè hæc conuenientia latitudinum in ſingulis aſpectibus attendenda eſt: quoniam in ☌ ſtellæ eandem, & æqualem latitudinem habere debent, & tunc ☌ dicetur centralis; ſed in ☍ æqualis, & contraria latitudo eſt obſeruanda, vt ſi altera ſtella habet latitudinem Auſtrinam, reliqua habeat eam Boream in conſimilibus partibus. Verum in Trigonis, & hexagonis latitudo exiguam parit differentiam, vt patet in noſtris Directionum tabulis: ſed in Tetragonicis radiationibus nulla latitudo obſeruatur, cum in Ecliptica partiliter ſemper incidant.

Configuratio platica, ſeu per orbem eſt, cum ſtellæ intra quãtitatem ſuorum orbium ſunt, vel cum à ſtella ad ſtellam diſtantia aſpectus non exactè numeratur: ſed vel maior, vel minor eſt, quanta eſt lux orbium eorum: nam tunc diſtantia aſpectus non in centra ſtellarum, ſed intra orbes eorum incidit. Quantitas verò, ſeu lux orbium ſtellarum in hac tabella annotatur.

Stella

Stellæ fixę magnitudinis	*Primę*	*par.*	7	30′	♄	*par.*	10	0′	♀	*par.*	8	0′
	Secundæ	*par.*	5	30	♃	*par.*	12	0	☿	*par.*	7	0
	Tertię	*par.*	3	30	♂	*par.*	7	30	☽	*par.*	12	30
	Quartę	*par.*	1	30	☉	*par.*	17	0				

Aſpectus platicus diuiditur in applicationem, & ſeparationem, ſeu defluxum. Applicatio fit, quando leuior planeta accedit ad ponderoſiorem (dicuntur ponderoſi planetæ à tarditate ſui veri motus, leuiores vero à celeritate, & ſic quandoque inferior poteſt eſſe ponderoſior planeta ſuperiore, cum ſcilicet eſt retrogradus, vel curſu diminutus) cum nō maiori diſtantia, quantum radij ipſorum ſunt. Defluxus vero, ſeu ſeparatio fit, quoties planeta leuior in pluribus partibus, vel ſaltem ſcrupulis exiſtens, recedit à ponderoſo. Cæterum applicatio fortior eſt defluxu, & quantò propior corpore, vel aſpectu fuerit applicatio, minusque longè ſeparatio receſſerit, tantò efficacior, & validior vtraque eſt.

Aſpectus applicationis, & defluxus, vel eſt duorum planetarum, vel trium, & plurium. Duorum autem planetarum quatuor ſunt ſpecies.

Prima eſt applicatio ſimplex, quando ſcilicet vterque planeta eſt directus, & leuior in paucioribus gradibus tardiore, vel ponderoſiore. Simili modo ſeparatio ſimplex dicitur, cum vterque directus eſt, & leuior in pluribus partibus.

Secunda ſpecies applicationis eſt, cum vterque planeta eſt retrocedens: ſed leuior eſt in pluribus partibus, & celerius eundo grauiorem attingit: ſed ſi leuior ſit in paucioribus partibus, dicetur defluxio auerſa, ſeu violenta.

Tertia applicationis, ſeu ſeparationis ſpecies mutua dicitur, & fit, cū duo planetæ vnus motu directo, qui eſt anterior, & alter, qui eſt ſequēs motu retrogrado ſibi inuicem occurſant. Quæ quidem applicatio effectuum duplicationem ſignificat. Eodem modo fit defluxus mutuus, cū planeta, qui in pluribus partibus eſt directus, & qui eſt in paucioribus retrogradus, & hęc fruſtrationem ſignificat effectuum.

Quarta applicationis ſpecies fit, cum planeta leuior, & retrogradus eſt in pluribus partibus, & tardior directus eſt in paucioribus. Nam & ſi ratione mediorum motuū hęc eſſet ſeparatio, tamen iuxta veros motus dicitur applicatio: ex hac autem multi alij modi deducuntur, prout latius in com. tex. 63. ſupra 1. lib. Ptol. ex Cardano patet.

Porrò radiationum trium planetarum applicationis, & defluxus multæ numerantur ſpecies, vtpotè luminis tranſlatio, reditio luminis, collectio, ſeu coniunctio luminis, prohibitio luminis, perturbatio, & abſciſio luminis, & hæc omnes ſpecies fundatæ ſunt ex regula illa, omne potentia tale vim acquirit talem.

Tranſla-

Tranſlatio luminis,ſeu naturę fit tribus modis.Primò quoties ex tribus planetis ſimul corpore, aut radijs iunctis medius eorum ſit leuiſſimus:Nam tunc leuiſſimus lumen transfert prioris ad ſequentem.Secundò quando leuior quocunque radio ſe ponderoſiori copulat,& ille ponderoſior etiam alteri ponderoſiori iungatur; tunc medius dicitur trāſferre naturam leuiſſimi ad ponderoſiſſimum,etiam ſi leuiſſimus ponderoſiſſimum nullo radio aſpiciat. Poſtremò tranſlatio luminis fit etiam tribus planetis in vnomet ſigno exiſtentibus, quorum ponderoſior in pluribus partibus ſit:ſed leuior in paucioribus,nec intra terminum applicationis ad tardiorem : medius verò intra ſpatium applicationis ad tardiorem,& intra ſpatium,quo leuior ſibi applicat, tunc medius virtutem leuioris ad tardiorem transferre dicitur.

Collectio luminis fit, quando duo planetæ minimè ſe aſpicientes aliquem tertium aſpiciunt,qui tunc amborum lumen colligit recipiēs naturam eorum. Hæc autem fit dupliciter per applicationem, & defluxum.

Collectio luminis per applicationem eſt,cum duo planetæ non ſe aſpiciunt,& tertius leuior applicat vtrique;per defluxum verò,quando nō ſe aſpicientibus planetis,tertius leuior in pluribus partibus exiſtens ab vtroque ſimul ſe ſeparat, tunc talis colligere aliorum lumen dicitur.

Redditus,ſeu reſtitutio luminis,& virtutis fit, quoties duo planetæ inter ſe diſtantes aſpiciunt aliquem planetam debilem, vtpotè combuſtum,ſeū retrogradum,tunc ille,qui recipit aſpectum,reddit eis lumen, quod acceperat, quia propter debilitatem non poteſt nec lumen, nec virtutem retinere,& hoc poteſt accidere etiam ſolum inter duos planetas:hæc autem redditio luminis interdum cum proficuo, interdum cū detrimento fieri poteſt.

Prohibitio luminis fit dupliciter.Primò tribus planetis in vnomet ſigno exiſtentibus,ſi planeta tardior fuerit inter duos leuiores,tunc medius prohibet lucem illorum communicari, quod ſi talis ♂ leuiorum mala eſſet,hæc prohibitio iuuat: ſi autem bona,nocet. Secundò poteſt eſſe prohibitio, quando exiſtentibus duobus planetis in vno ſigno leuior ponderoſo iungatur,& alter quoque eidem ponderoſo per aſpectum iungatur,tunc ſi ille aſpiciens fuerit in æqualibus gradibus cum leuiori,prohibetur,& annullatur ille aſpectus à leuiori,quia cōiunctio corporalis fortior eſt aſpectuali: ſecus autē ſi aſpiciens ſit in pluribus gradibus,quam leuior,& ſit proximior ponderoſiori : quoniam tunc coniunctio corporea prohibetur ab illo aſpectu.

Perturbatio,ſeu contrarietas fit,quando duo planetæ,quoad naturalem motum ſibi applicant:ſed alius tertius in pluribus partibus vtroque exiſtens,antequam duo primi iungantur,iungit ſe priùs tardiori, ſiue per retrogradationem, ſiue per motum tardiſſimū,cum iam ad retro

tro

trogradationem ſe accelerat, quia tunc interponens ſe inter duos primos eorum ☌ perturbare dicitur.

Abſciſio luminis fit, quoties fuerint tres planetæ intra metas ſuorum orbium, & leuior fuerit in paucioribus partibus; ſed curſu præcedat, & attingat ponderoſiorem, antequam medius illi coniungatur: tunc enim leuior abſcindit lumen medij à ponderoſiori.

Accidit præterea in applicationibus, & defluxibus. Fruſtratio, Refrenatio, Vacuitas curſu, Feralitas, Pulſatio, Receptio, & Obſeſſio.

Fruſtratio fit, quando leuis planeta vadens ad ☌ ponderoſi, antequam ei iungatur, ipſe ponderoſus ingreditur aliud ſignum, in cuius principio ſunt radij alicuius planetæ, quibus iungitur: quoniam tunc leuis planeta iungitur radijs aſpicientis, antequam ad ☌ ponderoſi deueniat, & ſic fruſtratur ob radios aſpicientis hæc ☌.

Refrenatio per ☌, vel aſpectum fit, quando inferior copulam ſuperioris petens iam eſt retrogradus, vel antequam ei partiliter iungatur, ſit retroceſſurus.

Vacuitas curſu euenit, quoties aliquis planeta ab alterius copula ſeparatus nulli ſiue corpore, ſiue radio intra metas radiorum eius iungitur: talis enim planeta Vacuus, ſeu inanis curſu dici ſolet.

Feralis, ſiue ſolitudinarius dicitur planeta, cum in aliquo ſigno ſolus abſque aliqua aliorum radiatione fuerit: nam tunc eius vis inſigniter debilitatur.

Pulſatio, ſeu naturæ miſſio dupliciter contingit, primo cum planeta in aliqua dignitatum alterius fuerit eundem aſpiciens: tunc enim naturam illius dignitatis ad eum, cuius talis dignitas fuerit, tranſmittit: cõtingit etiam hæc naturæ miſſio, quoties aliquis planeta leuis in propria dignitate exiſtens, aſpiciat alium ponderoſum nullam habentem dignitatem in loco, in quo eſt leuis: quoniam tunc leuis propriam naturam ponderoſiori mittit.

Receptio duobus modis fit. Primò quando planeta in propria dignitate exiſtens aſpicit alium, qui in eodem loco dignitatem habet: tunc enim vtráq; naturam propriam nempe, & aliam, quam alter planeta, in eo ſigno habet, illi communicat, & ſic fit receptio ſimplex. Secundo modo fit, quando & inferior exiſtit in dignitate ſuperioris, & è conuerſo ſuperior in dignitate inferioris, & hæc mutua, perfectaq; receptio eſt.

Obſeſsio fit, cum binæ ſtellæ corpore, aut radijs alteram circundant nulla alia radios in medium intermittente, quæ quidem, cum à duabus infortunis fit, obſeſſus maximè affligitur, ſed ſi à duab. fortunis aliquis maleficus obſeſſus ſit, maximè debilitatur, & noxiam vim ammittit, ſed hoc non ſine detrimento fortunarum.

IOANNIS ANTONII MAGINI PATAVINI

ISAGOGICARVM EPHEMERIDVM

TRACTATVS SECVNDVS.

SEV PARS SECVNDA.

De explicatione, & Praxi Ephemeridum.

De Ephemeridum partibus, atque earum expoſitione. Cap. I.

ACCESSVRI ad Praxin Ephemeridum non inconſultò à nominis expoſitione initium duximus: Ephemerides igitur nil aliud ſunt, quàm tabulę diariæ, quę nobis in Zodiaco verum ſeptem planetarum motum, capitiſque Draconis ☊ tum ſecundum longitudinem, tum latitudinem, ſingulis diebus exhibent, nec non eorundem configurationes, ſeu aſpectus inter ſe omnes. Dicitur namque Ephemeris Græcè ab ἐπὶ, & ἡμέρα, quod Latinis diarium ſonat. Computatę autem, & exacto calculo hæ noſtræ elaboratę ſunt ex noſtris tabulis cœleſtium motuū, quę iuxta clariſſimi Copernici hypotheſes & canones Prutenicos extructæ ſunt. Opus ſanè vtiliſſimum, iucundiſſimum, & neceſſarium, quo paruo compendio id conſequimur, vt quoties nobis libuerit, vniuerſi penè cœli faciem noſtro conſpectui offeratur, aliàs infinitus, & ferè impoſſibilis eſſet labor, ſingulis momentis id præſidio Aſtronomicarum tabularum conſequi. Quare ſtudioſi tyrones hanc præcipuam, & iucundiſſimam Aſtronomiæ partem affectantes, ordinem, ac diſpoſitionem Ephemeridum attendant, vt thematis cœli erectionem, cęteraſq; operationes pro futuris euentibus dijudicandis, rectius apprehendere valeant. Diſtinguitur autem cuiuſque anni Ephemeris in tres ordines, ſeu partes. Prima namque generalia quædam, partim ad planetarum ſtatū, partim ad calendarij vſum referenda continet. Secunda ſingulorum planetarum, & capitis ☊ motum, ſeu locum in Zodiaco ad meridiem cuiuſque diei menſis exhibet, nec non eorum latitudinem ad certos aliquot

dies.

dies. Tertia configurationes omnium planetarum tùm inter ſe, tùm cum illuſtrioribus aliquibus fixis præſtat.

De prima ſectione, ſeu parte Ephemeridum. *Cap. 2.*

PRima autem pars præuia continet in prima dextra facie annũ Domini currentem, ad quẽ refertur ipſa Ephemeris, notaturque an is annus ſit Biſſextilis, ſeu Intercalaris, vel ſi cõmunis, quotus ab intercalari numeretur: poſtea ſequitur cœleſte thema cum poſitu omniũ planetarum ad tempus introitus Solis in primum ♈ punctũ, ſeu vernalis æquinoctij, quod quidem vulgò mundi Reuolutio nuncupatur: ſubſequitur poſtea Tropici, ſeu apparentis anni vera quantitas. Verſa pagella annotatur certum tempus, quo Sol ad alia tria puncta cardinalia peruenit, quæ ſunt initium ♋ æſtiuum ſolſtitium faciens, principium ♎ autumnale æquinoctium nobis repræſentans, & initium ♑, à quo hyemale ſolſtitium computatur. Inſuper annotatur Eccentricitas Solis, obliquitas Zodiaci, & vera Apogęorum planetarum loca. Poſtremo ſequitur notatio aliquot terminorum Romani calendarij, qui ſunt Aureus numerus, Cyclus Solis, Epacta, Indictio Romana, Litera dominicalis, & Interuallum: Deinde etiam feſta ſingula mobilia, Septuageſima, Cinis, Paſcha, Rogationes, Aſcenſio, Pentecoſtes, Corpus Domini, & Aduentus Domini, & vltimo quatuor anni tẽpora, ſeu ieiunia. Poſt hęc deſcribuntur Eclipſes, tàm Solares, quàm Lunares illo anno occurrentes, notando diligenter non ſolum tempus initij, medij, & finis exactiſſimè elaboratum, quantitatemque obſcurationis, quæ digitis numeratur, verum etiam totũ integrum calculum, atque deſcriptionem ipſius defectus cum Typo, ſeu pictura elegantiſſima. His abſolutis in altera verſione paginæ deſcribitur ſingulorum planetarum curſus in Eccentrico, & Epicyclo; & quando ad Apogęum, vel Perigęum deueniant. Item ſimul annotatur, qui planetæ in præcedentia ſigna regreſſum patiantur, & quàmdiu retrogradatio eorum duratura ſit, vt melius à Tyronibus huius diſciplinæ hæc paſſio obſeruari poſſit.

De ſecunda parte, ſeu diſtributione Ephemeridum. *Cap. 3.*

POſt deſcriptionem horum terminorum vniuerſalium à nobis ſupra expoſitorum, ſuccedit ad examen ſecunda Ephemeridũ ſectio, quæ quidẽ duodecim faciebus à ſiniſtra paginarũ parte deſcriptis numero menſium anni congruentibus abſoluitur. Et vnaquæque harum facierum in nouem columnas diſtribuitur, quarum prima diebus menſis ſupra in fronte poſiti cum litera Dominicali eo anno occurrẽti ordinata eſt: ſequentes vero octo columnæ lineis diſtinctæ, ſingulis ſeruiunt planetis, & ☊ draconis, motum eius, ſeu in Zodiaco locum indicantes, atque ex his octo, prima Soli ſeruit, ſecunda Lunæ, vltima ☊ draconis,

ciuiles nuncupantur: ſed ad Aſtronomicos, & æquales, qui ſpatio vigintiquatuor horarum à meridie in meridiem continuo abſoluuntur; ſed qua lege hi motus ad vſuales dies referendi ſint, iufra de æquatione dierum tractaturi ſimus.

De tertia Ephemeridum parte. *Cap.* 4.

AGgrediamur nunc tertiam Ephemeridum diſtributionem, quæ ſimiliter duodecim faciebus abſoluitur: ſed hæ ad dextrã partem annotatæ ſunt, & quęlibet earum 8. columnas cõtinet, quarum prima diebus menſis in capite poſiti inſeruit, ſex vero, quæ huic lineis diſiunctę ſuccedunt, ſingulis planetis, præter Lunam diſtributæ ſunt, quæ namque earundem cũ Luna configurationes, ſeu aſpectus exprimunt, prout characteres impoſiti indicant. Sed vnaqueq; columnarũ præter notam aſpectus, duplicẽ numerum habet, horas videlicet, & ſcrupula importãtem, & hoc eſt tempus à meridie illius diei, cui aſpectus adhęret numeratũ, quo aſpectus ille præciſè accidit. Appoſuimus ẽt aſcẽdentis gradum omnibus luminarium ☌, ☍, & □, æquato prius dictorum aſpectuũ tempore, prout canon æquationis dierum exigit, ꝙ certè multũ affert commodi pro aëris affectionibus dijudicandis. In eiſdemmet columnis Orientalitas, & Occidẽtalitas planetarũ quo ad Solem aduertitur, & hoc in capitibus columnarũ his notis, Oriẽt. vel Occidẽt. Quòd ſi in diebus mẽſis intermedijs acciderit mutatio Oriẽtalitatis, vel Occidentalitatis, id eiſdemmet dictionibus propè illum diẽ appoſitis manifeſtatur. Poſt has ſequitur vltima magna columna, in qua aſpectus planetarũ inter ſe, excepta ſola ☽, in horis, & ſcrupulis exprimuntur, quod aliæ Ephemerides hactenus excuſſę, præter illas Leouitij, hac diligentia carent, cum nec aſpectibus planetarũ inter ſe horas quidem aſſignent, & in aſpectibus Lunæ cum planetis ſcrupula prætermittant; notatur etiam in illamet columna quando ☽ in ☊, & ☋ ſui draconis inuenitur cum tempore exquiſito. Item quãdo eadem ad Apogęum, vel Perigæum ſui Epicycli accedit.

Inſuper in eadẽmet columna deſcripſimus ortus, occaſus, & culminationes planetarum cum inſignioribus, ſeu illuſtrioribus ſtellis fixis ſub poli inclinatione 45. graduum noſtro Horizonti proxima, nec non coitiones aliquot eorundem planetarum cum his, quæ parum à Solis linea deuiant, quam quidem additionẽ valde prodeſſe ſperamus his, qui temporum mutationem obſeruare affectant. Hoc tamen obſeruatum velim, quòd tẽpora, quę his aſpectibus annotata ſunt, ex diebus Aſtronomicis, ſeu æqualibus pendẽt, & iuxta canonẽ æquationis dierum naturalium indigent correctione, pręter ☌, □, & ☍ luminarium, quæ, vt ad earum tẽpus habeatur verum aſcendens, à nobis ab-

ſolutæ ſunt. Præterea illi aſpectus, qui ob marginis anguſtiam in columna relicti fuere, in calce paginæ ſub ſuis diebus congruis reponũtur. Et hæc de declaratione Ephemer. dicta ſufficiant.

De diuerſitate dierum, & de diei partibus; de quantitate diei, & noctis artificialis; & quomodo tempus meridiei, mediæ noctis, & exortus Solis inueniatur. Cap. 5.

HActenus ea pertractauimus, quæ ad Ephemeridum intelligentiam maximè neceſſaria erant. Nunc autẽ copioſe, & ordinatè ipſarum vſum, ac operationẽ exponemus, incohãtes primo a dierũ tractatione. Sciendum itaque eſt, dies ſecundum Aſtronomos dupliciter cõſiderari. Primo enim diem vocant naturalem, ſeu ciuilem, qui conſtat ex luce & tenebris ſimul, & eſt ſpatium tẽporis, quo totus Aequator ſemel circa terram peruoluitur, cũ additione arcus eiuſdem Aequatoris cõgruentis arcui Zodiaci diurni motus Solis; hoc eſt interuallum temporis, qnod elabitur interim, dum Sol peroriens, aut culminans verum ortum, vel ad meridiei circulum redit. Eſt autem hoc temporis ſpatiũ, quod metitur diem naturalẽ horarum 24. æquinoctionalium, & minutorum 4. ferè: nam vni horæ æquinoctiali tribuuntur gradus, ſeu tẽpora 15. Aequatoris, iuxta quam partitionem totus cõplet horas 24. Verũ quia dum Aequinoctialis ſemel circumuoluitur, interea Sol percurrit vnũ ferè Zodiaci gradum, illa particula Aequatoris, quæ correſpõdet diurno motui Solis, ſingulo die auget quatuor ferè Aequinoctialis horæ ſcrupula: etenim idem punctus Aequatoris, qui cũ Sole hodie oritur, aut meridianũ attingit, cras ſimul etiam cum Sole non orietur, aut mediabit Cœlum, ex quo Sol ſuo motu proprio ſẽper à loco Eclipticæ diſcedit, quẽ pridie in ortu, vel meridiei circulo obtinuit, & per conſequens oportet etiam aliũ Aequatoris punctum poſtridie cũ ipſo Sole oriri, aut mediare Cœlum. Veruntamen non eſt ignorandum, cõmuniter hoc interuallum temporis diei ciuilis, ſeu vſualis computari pro horis 24. exactis, & ſi quis ſummã calculi deſiderat, cuique horæ tẽpora, ſeu gradus Aequinoctialis 15. cũ ſcrupulis 2′. 28″. deberi ſciat, veluti 24. horis tribuũtur gradus 360. & ſcrup. 59′. 8″. pro motu diurno Solis. Alius autẽ eſt dies artificialis, qui propriè lux vocatur, & eſt ſpatium temporis, quo Sol ſupra Hemiſpherium moratur, ſeu quo Sol ab Horizonte ortiuo per Meridianum ad occasũ motu firmamenti rapitur: Eſt autẽ hic dies artificialis pars diei naturalis, & reliqua pars, qua Sol ſub Horizõte noſtro latet, tenebra, ſeu nox artificialis dicitur: nã ambæ hæ partes ſimul iunctæ totũ naturalẽ diem cõſtituunt. Dicitur autẽ tã dies, quàm nox artificialis ab artificiali, & mutabili Sphęræ poſitione, quia ad eius variationem vtriuſque tẽporis quantitas cõtinuò-

nuò mutatur, vt in Sphærę tractatione conſtat.

Sunt prætereà diei naturalis partes quatuor, quemadmodum totidẽ ſunt cardinalia mundi puncta, nempe Mane, Meridies, Serum, & Media nox. Mane, quod & ortus Solis dicitur, eſt illud momentum temporis, quando Sol in orientis linea apparet. Meridies vero dicitur quaſi media dies, vel dimidium diei; & eſt, cum Sol ſuprà Horizontem medio ſpatio inter ortum, & occaſum Meridianum circulum tangit: tunc enim exiſtit in ſua maxima altitudine, quam ſupra terram illo die obtinere poſſit. Serum vero, ſeu occaſus eſt, quando Sol occidentalem punctũ tenet, atque mox ſub terram abſconditur. Media demum nox tunc eſt, cum Sol in ima Cœli parte medio ſpatio inter occaſum, & ortum Meridianũ ſubterraneum poſſidet.

Alia quoque eſt diei tam naturalis, quàm artificialis diuiſio in horas, & ſcrupula: diuiditur enim communiter dies ciuilis, ſeu naturalis in horas 24. æquales. & Aſtronomi horam partiũtur in ſexaginta ſcrupula prima, ſiue minuta, & quoduis minutum in totidẽ ſecunda, & ſic deinceps eo modo, quo in graduum partitione progrediũtur. Cęterum tam dies quàm nox artificialis in duodecim æquales partes diuiditur, quę dicuntur horæ inæquales, quia ſunt horæ dierum, ſeu noctium inæqualium: has etiam Ptolemęus temporales, & Aſtrologi planetarias appellant.

Reſtat autem, vt ordinem tabulæ Quantitatis dierum declaremus, vt ex ea quouis dato tempore, & ſub qualibet eleuatione Polari à Gr. 35. vſque ad gr. 58. elicere poſſimus ſpatio dierum vel noctium artificialiũ, atque etiam tempus meridiei, vel exortus Solis.

Tali igitur ſerie tabula ipſa diſpoſita eſt. In vnaquaque facie paginæ tres ſunt tabellę deſeruientes totidem exaltationibus Poli in ſuprema parte ſignatis, deinde in vnaquaque eorum duo quadrantes ſignorum in fronte notantur, hoc eſt vernalis continens ♈ ♉ ♊, & autumnalis, continens ♎ ♏ ♐: in calce vero ſcribuntur duo reliqui quadrantes, nempe ♋ ♌ ♍ ſolſtitij æſtatis, & ♑ ♒ ♓ ſolſtitij hyberni. Deinde à lateribus continentur gradus communes ſingulis ſignis, & latus quidem ſiniſtrum graduum deſcendentium deſeruit ſuperioribus ſignis; ſiniſtrũ vero latus graduum aſcendentium ad inferiora ſigna ſpectat. Area autẽ, ſeu pars media tabulæ oſtendit quantitatem temporis ſemidiurni, vel ſeminocturni iuxta inſcriptionem ſigni, ad quod refertur. Eſt autem quantitas ſemidiurna, ſeu arcus ſemidiurnus dimidia pars diei artificialis, quæ numeratur vel ab ortu Solis in meridiei momẽtum, vel ab ipſo meridie in punctum occaſus Solis, quæ duæ partes nunquam inter ſe diſcrepant. Seminocturni autem temporis quantitas, ſeu arcus ſeminocturnus eſt itidem dimidia noctis artificialis pars, quæ computatur ab occaſu Solis ad punctum mediæ noctis, vel à mediæ noctis termino in momentum exortus Solis, quæ partes inter ſe ſimiliter ęquales ſunt.

Illud porrò hoc in loco recenſere oportunum mihi videtur, ſingulis Zodiaci partibus pari interſtitio ab initio ♋ remotis, eandem diei & noctis artificialis quantitatem competere. Vt, verbi cauſa, gr. 20. ♊ & gr. 10. ♋ habent diem artificialem horarum 15. 21′. 48″. & noctem artificialem. Hor.8. 38′.12″.in erectione Sphæræ gr.45.quia vterq; gradus æqualiter à primo ♋ puncto remouetur. Deinde in quibuſlibet ſignorum partibus, quæ æqualiter ab eodem Aequinoctij puncto remotæ, aut inter ſe oppoſitæ ſunt, quantus eſt dies vnius, tanta eſt nox alterius. Vt quantus eſt dies Sole luſtrante 20. partem ♉, nempe horarum 14.29′.42″. ſub Polo gr.45. tanta eſt nox, cum Sol per gr. 10. ♏ vel per gr.20.♏ percurrit. Quapropter quælibet columna huius prioris tabulæ quantitatis dierum deſeruiet quatuor ſignis hoc ordine, vt in ſex prioribus tempus ſit ſemidiurnum, & in reliquis his oppoſitis ſit ſeminocturnum: ſufficiet enim alterum eorum noſcere, vt etiam reliquum innoteſcat, vt nunc dicemus.

Praxis. Vt autem ad quemuis diem oblatum tam diurna, quàm nocturna quantitas dignoſci poſſit, operępretium eſt, verum locum Solis ex Ephemeridibus ad oblati diei meridiem accipere, quo habito cōſulenda eſt tabula quantitatis dierum ſub polari tui loci latitudine, quærendo in capite, ſeu in calce ſignum loci Solis, cumq; ſignum in ſummitate tabulæ oſtenditur, inuenias ſimul gradus locis Solis a latere ſiniſtro in ordine graduum deſcendentium: at quando ſignum in calce tabulæ apparet, tunc quæras gradus Solis a parte dextra in linea graduum aſcendentium, moxq; in angulari parte, quam dicunt aream tabulæ, patebit tibi temporis quantitas: quæ quidem ſemidiurna tunc erit, cum Sol borea ſigna, quæ ſunt ♈ ♉ ♊ ♋ ♌ ♍ percurrit, vt etiam titulus admonet: ſeminocturna autem, vbi Sol auſtralia ſigna permeabit, nempe ♎ ♏ ♐ ♑ ♒ ♓.

Quòd ſi pręter integros gradus loci Solis aliqua adſunt ſcrupula, tunc ſumes partē proportionalem cum differētia anguli ſequentis, quę debetur vni gradui, quam addes, cum poſterior angulus augetur: vel contrà adimes, quando ſequens angulus decreſcit: ita enim habebis arcum ſemidiurnum, vel ſeminocturnum præcisè ad locum Solis pertinentem.

Cognito autē ſemidiurno arcu, ſi eūdē ab horis 12. abſtuleris, emerget ſeminocturnus arcus. Cōtra ſi ſeminocturnus cognitus ſimiliter ex 12. horis ſubducatur, ſemidiurnū arcū patefaciet. Porrò ſi ſemidiurnus arcus dupletur, oſtendit diei artificialis quātitatem; quemadmodū & ſeminocturnus duplicatus quātitatem noctis artificialis īſinuat, atq; etiam horam exortus Solis, cum finis noctis ſit in ipſo exortu Solis.

Amplius diurna quantitas, ſiue dies artificialis ſi ex 24. horis auferatur, proſiliet noctis artificialis quātitas. Vice verſa nocturnā ex 24. horis

horis abijciendo, diurna quantitas conſtituitur. Præterea ſi arcum ſemidiurnum à 24. horis dempſeris, habebis tempus meridiei ad horas horologij communis: pari modo ſeminocturnus arcus oſtendit mediæ noctis punctum, ſi ab occaſu numeratus intelligatur. Verum hæc exemplis clariora reddemus.

Sint igitur hæc omnia dignoſcenda ad diem 12. Iulij anni 1600. Venetijs, in cuius diei meridie verus locus Solis ex Ephemeri illius temporis conſtat in gr. 19. 50′. 46″. ♋, qui in tabellam quantitatis dierum immiſſus ſub altitudine polari gr. 45. qualis eſt ciuitatis Venetiarum è regione gr. 19. vel 20. in ordine graduum loci Solis aſcendentium à parte dextra, & in columna deſignata ſigno ♋ infernè inuento, oſtendit arcum ſemidiurnum Hor. 7. 36. quantus eſt etiam Sole luſtrante par. 10. 9′. ♊ cum vtrumque punctum æquidiſtet ab initio ♋.

Iam ſi hic arcus ſemidiurnus duplicetur, producit integrum arcum diurnum, ſeu quantitatem diei artificialis ſic.

H	′	
7	36	*Arcus ſemidiurnus duplicandus.*
7	36	
15	12	*Arcus diurnus, ſeu quantitas diei artificialis ad diem 12. Iulij 1600.*

Hic verò arcus integer diurnus ſi ab horis 24. dematur, relinquit quantitatem noctis artificialis illius diei.

H	′	
24	0	*Horæ 24. à quibus fieri debet ſubtractio.*
15	12	*Arcus diurnus ſubtrahendus.*
8	48	*Arcus nocturnus, ſeu quantitas noctis artificialis, & tempus ab occaſu exortus Solis.*

Verum arcus ſemidiurnus à 24. horis ſimiliter ablatus, oſtendit tempus meridiei eiuſdem diei, vt hic.

H	′	
24	0	*Horæ à quibus fieri debet ſubductio.*
7	36	*Arcus ſemidiurnus ſubducendus.*
16	24	*Tẽpus meridiei in horis ab occaſu numeratis diei 12. Iulij 1686.*

Deinde

Deinde arcus ſeminoсturnus inuenitur ſubtrahẽdo arcum ſemidiurnum ab horis 12. quo duplicato, conſurgit quantitas noctis artificialis, & tempus exortus Solis.

H	′	
12	0	*Horæ à quibus fit ſubtractio.*
7	36	*Arcus ſemidiurnus ſubtrahendus.*
4	24	*Arcus ſeminocturnus illius diei, ex quo duplicato*
4	24	*prouenit.*
8	48	*Quãtitas noctis artificialis, et tẽpus ortus Solis, vt ſupra.*

Mediæ noctis autẽ terminus erit tot horis & ſcrup. ab occaſu, quot arcus ſeminocturnus amplectitur, hoc eſt accidit media nox h. 4. 24′. poſt obitum Solis.

Afferamus aliud etiam exemplum, in quo non occurrat in tabella arcus ſemidiurnus: ſed ſeminocturnus, & ſit diei 3. Decembris eiuſdem anni 1600. Conſtat autem ex Ephemeridibus locum Solis ad hunc oblatum diem in gr. 11. 14′. 10. ♐, cum quo in tabula quantitatis dierum ingreſſus à latere dextro reperio gr. 11. & ſub columna ſigni ♐ frontalis capio arcũ ſeminocturnum, ſeu quantitatẽ ſeminocturnam Hor. 7. 36′.

Hanc autem quantitatem ſeminocturnam ſi ex 12. horis abſtulerimus, habebimus horas arcus ſemidiurni ſic.

H	′	
12	0	*Horę 12. à quibus ſubtrahitur.*
7	36	*Arcus ſeminocturnus ſubtrahendus.*
4	24	*Arcus ſemidiurnus diei 3. Decembris 1600.*

Quantitas autem noctis artificialis cognoſcitur ex duplicatione illiuſmet arcus ſeminocturni, vt hic vides.

H	′	
7	36	*Arcus ſeminocturnus duplandus.*
7	36	
15	12	*Arcus nocturnus, ſeu quantitas noctis artificialis, & tempus ortus ☉ diei 3. Decembris 1600.*

Poſtmodum ſi duplicetur etiam ſemidiurnus arcus producetur arcus integer diurnus horarum 8. 48′. & ſi idem arcus ſemidiurnus ex horis

ris 24.tollatur,relinquit tempus meridiei numeratum ab occaſu Solis, vt infra patet.

H	'	
4 4	24 24	} *Arcus ſemidiurnus duplandus.*
8	48	*Arcus integer diurnus,ſeu quantitas diei artificialis.*
24 4	0 24	*Hora 24.ſeu integer dies.* *Arcus ſemidiurnus auferendus.*
19	36	*Tempus meridiei 3 Decembris. 1600.*

Ex quibus exemplis animaduertere licet, eandem eſſe quantitatem diei artificialis primi exempli;quę eſt noctis artificialis huius poſterioris exempli,& è conuerſo, quia ambo loca Solis vtriuſque exempli ab Aequinoctiorum punctis æque ſunt remota,vt ſupra monuimus.

De varia diei,& horarum numeratione,& quomodo ſingulę horarum ſpecies in Aſtronomicas conuertantur, vt ad calculum Ephemeridum aptentur,& è conuerſo. Cap. 6.

CVm dies ciuiles à quatuor cardinibus Horizontis,atq; meridiani circuli ceu principalioribus mundi punctis rectè colligi poſſint:fit vt apud diuerſas gẽtes hi dies varij ſint,ſingulasq; nationes ſuas horas diei ciuilis diuerſo modo numerent.Aliqui enim ab ortu Solis initium diei faciunt,& hinc ad ſequẽtis diei ortum 24.horas computãt, vt Perſæ,Babilonici,& Græci:vel ſolum ab ortu Solis ad eiuſdẽ occaſum horæ in numero quãtitatis diurnę lucis computantur,vt in Norimberga, & Ratiſpona.Deinde ab occaſu Solis numerantur horæ,vel ad alterius diei occaſum in numero 24.vt apud Aegyptios,Bohemos,Polonos, & Italos,vel ab occaſu ad ſequentis diei exortum in ſpacio nocturnę quãtitatis,vt etiam Norimbergæ,& Ratiſponæ. Apud verò nonnullos numerãtur horę à media nocte,ſeu à Meridiani ſubterranei puncto,vel in meridiem ſemper in numero 12.vel in ſequẽtis noctis medium,vt quidam Aſtronomi.Et deniq; apud Arabes,Hiſpanos,& omnes ferè Germanos à meridiei momento,ſeu circulo meridiano ad alterũ meridiẽ. Quã vltimã diei numerationem Aſtronomi ferè omnes ſequuntur propter habitudinẽ Meridiani circuli ad Horizontem.Nã cũ Meridianus æquales,& rectos angulos vndequaq; cũ Aequatore conſtituat:fit, vt quaſi vices Horizõtis recti gerere videatur.Quare cũ noſtrę Ephemerides,veluti & cęterę ad hos dies Aſtronomicos à meridie inceptos elaboratæ

boratæ ſint; neceſſe eſt vt reliquæ horarum ſpecies ſecundum diuerſa initia acceptas in horas Aſtronomicas conuertantur, vt cum ſupputatione Ephemeridum ritè conueniant.

Horæ igitur à media nocte numeratæ, & in meridiem deſinẽtes, quales ſunt horologij minoris Germaniæ, facilis ſunt reductionis ad has Aſtronomicas. Nam ſi eis duodecim horæ addantur, dempto vnico die à numero dierum, cum horis meridiei præciſè congruent, vt verbi gratia, ſint oblatæ Horæ 8.30. à media nocte diei 12. Iulij: his addo horas 12. vt vides.

D	H	'	
12	8	30	*A media nocte.*
	12	0	*Horæ 12. addendæ.*
11	20	30	*Horæ p.m. quæſitæ, quę erunt diei 11.*

Horis autem à media nocte initiantibus & in mediam noctem ſubſequentem terminantibus addendæ ſimiliter ſunt horæ 12. Sed ſi aggregatum 24. horas ſuperat, tunc abijciendæ ſunt 24 horæ, & dies vnitate augendi ſunt, vt v.g. ſi ſint horæ 18.20. à media nocte diei 12. Iulij vertendæ in Aſtronomicas, facies ſic.

D	H	'	
12	18	20	*A media nocte.*
	12		*Horæ 12 addendę, vt conſurgant.*
12	30	20	*Horæ à meridie numeratæ.*
	24		*Horæ 24 demendæ, vt relinquantur.*
13	6	20	*Horæ poſt m. diei 13 quæſitæ.*

Horæ verò, quæ à meridie ad mediam noctem numerantur, minimè commutandæ ſunt: quoniam cum Aſtronomicis ritè conueniunt. Inſuper horæ ab hortu ſolis numeratæ reducuntur ad horas poſt meridiẽ ablatione arcus ſemidiurni deſumpti cum loco Solis ad meridiẽ illius diei, & quãdo ſubtractio fieri nequit, 24 horas addere oportet, & tunc quod ex ſubtractione prouenit, ſunt horæ à meridie pręcedentis diei, vel etiam reducuntur ad horas à meridie per additionem temporis meridiei, ſublato ſemper uno die, vt ſi ſint reducendæ horæ 5. 27. ab ortu diei 12 Iulij anni 1600 in meridiano Veneto, in c.1. capio cum loco ſolis gr. 19.50.46. ♋ ex Ephemeridibus in meridie diei 12 Iulij, arcum ſemidiurnum (veluti præcedens caput docuit) horarum 7. 36. quem ſubduco ab horis ortus ſolis additis prius 24 horis, & relinquuntur h.21.51. diei.11. vt hic videre potes.

Ab or-

D	H	′	
12	5	27	*Ab ortu Solis*
	24	0	*Horæ 24. add. vt ab eis ſubduci poſſit arcus ſemid.*
11	29	27	*Summa horarum dempto vnico die*
	7	36	*Arcus ſemidiurnus ſubtrahendus.*
11	21	51	*Horæ poſt meridiem diei 11. Iulij.*

Vel hoc altero modo.

D	H	′	
12	5	27	*Ab ortu ſolis*
	16	24	*Horæ meridiei addendæ, demendo poſtea vnum diem.*
11	21	51	*Horæ poſt meridiem perquiſitæ.*

Deinde horæ ab occaſu in horas poſt meridiem cõmutantur additione quantitatis ſemidiurni temporis, abijciendo 24. quando aggregatum hunc numerum excedit, vt ſi velis reducere horas 6.28. ab occaſu diei 22. Iulij 1600. tunc cum loco Solis illius diei, accipe arcum ſemidiurnum, qui in ſuperiore canone fuit horar. 7. 36. & tunc adde tuis horis ab occaſu, vt emergant horæ p.m. ſic.

D	H	′	
12	6	28	*Horæ ab occaſu, ſeu Horologij Italici.*
	7	36	*Arcus ſemidiurnus addendus.*
12	14	4	*Horæ poſt meridiem quæſitæ.*

Idem quoque aſſequeris, ſi ab horis occaſus abſtuleris tempus meridiei, additis 24. horis, quando horæ horologij minores fuerint, quàm tempus meridiei, vt vides in ſupradicto exemplo hic repetito.

D	H	′	
12	6	28	*Horæ horologij Italici ab occaſu*
	24	0	*Horæ addendæ.*
12	30	28	*Aggregatum, a quo demendum eſt*
	16	24	*Tempus meridiei, vt emergant.*
12	14	4	*Horæ a meridiei quæſitæ.*

Cæterũ ſcias, quòd quando horæ Horologij noſtri ab occaſu excedunt

Horæ Aſtrologicæ à meridie numeratæ vertuntur in horas

- *Poſt medium noctis incboatas, & in meridie deſinentes, quando ab eis horas 12. ſubducemus.*
- *Poſt medium noctis inchoatas, & in ſubſequenti nocte deſinentes, ſi ab eis 12. horæ tollantur.*
- *Ab exortu Solis, additione temporis ſemidiurni.*
- *Ab occaſu Solis, ablatione arcus ſemidiurni.*
- *Ante meridiem, auferendo ipſas ab horis 24. & reſiduum erit tempus ante meridiem ſequentis diei.*
- *Ante medium noctis, auferendo ipſas ab horis 12.*

Hoc tamen obſeruato, quòd quando ſubtractio fieri nõ poteſt, addẽdæ ſunt horæ 24. & quoties aggregatũ 24. horas excedit, abijciendæ ſunt 24. & reliquæ erunt horæ quæſitæ.

Sed ne exempla deſiderentur, pro clariori intelligentia proponamus tempus illius Eclipſis Solis anni 1600. cuius apparens medium accidit die 10. Iulij h.2.13. poſt meridiem, & ſit propoſitum ſcire, quo tempore à media nocte numerato ſpectabitur medium illius Eclipſis. Itaque ſi ab horis p.m. ſubducemus horas 12. relinquentur horæ à media nocte pro tempore medij apparentis Eclipſis ſic.

D	H	′	
10	2	13	*Medium apparens Eclipſis ad tempus p m. incæptum.*
	12		*Horæ 12. ſubducendæ.*
9	14	13	*Medium Eclipſis ad tempus poſt medium noctis inceptum.*

Similiter ſciemus, qua hora ab ortu Solis idem medium Eclipſis accidet Venetijs, addendo tempori Eclipſis arcum ſemidiurnum cum loco Solis ad diem 10. Iulij 1600. in tabula quantitatis dierum ad eleuationem Poli Veneti acceptum, vt hic.

D	H	′	
10	2	13	*Tempus apparentis medij Eclipſis à meridie*
	7	37	*Arcus ſemidiurnus addendus.*
10	9	50	*Tempus medij Eclipſis poſt ortum Solis diei 10.*

Ad horas autem Horologij Italici ab occaſu reducetur tempus apparentis medij Eclipſis per ablationem arcus ſemidiurni addito vnico die; vt vides.

D	H	′	
10	2	13	*Tempus medij Eclipſis poſt meridiem.*
	7	18	*Arcus ſemidiurnus auferendus.*
10	37	36	*Tempus medij Eclipſis ab occaſu Solis.*

Poſtremò, vt hoc idem tempus conuertatur in horas ante meridiem, quarũ vſus eſt in ſupputatione parallaxium Solarium deliquiorum, vt diximus in noſtris Tabulis ſecundi motus, canone 76. Subtrahe ipſum ab horis 24. emergent enim horæ ante meridiem diei 11. vt hic habes.

D	H	′	
	24	0	*Horæ 24. à quibus fit ſubductio.*
10	2	13	*Medium Eclipſis p.m. diei 10.*
11	21	47	*Medium Eclipſis ante meridiem diei 11.*

Sequuntur tabulæ quantitatis dierum.

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ.

Eleuatio	35						36						37						Poli.
Grad. loci Sol.	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						Grad. loci Sol.
	♈		♉		♊		♈		♉		♊		♈		♉		♊		
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna						
	♎		♏		♐		♎		♏		♐		♎		♏		♐		
	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	
0	6	0	6	33	7	0	6	0	6	34	7	2	6	0	6	35	7	4	30
1	6	1	6	34	7	1	6	1	6	35	7	3	6	1	6	36	7	5	29
2	6	2	6	35	7	1	6	2	6	36	7	3	6	3	6	38	7	6	28
3	6	3	6	36	7	2	6	3	6	37	7	4	6	4	6	39	7	7	27
4	6	4	6	37	7	3	6	4	6	38	7	5	6	5	6	40	7	8	26
5	6	6	6	38	7	3	6	6	6	39	7	5	6	6	6	41	7	8	25
6	6	7	6	39	7	4	6	7	6	40	7	6	6	7	6	42	7	9	24
7	6	8	6	40	7	5	6	8	6	41	7	7	6	8	6	43	7	9	23
8	6	9	6	41	7	5	6	9	6	42	7	7	6	10	6	44	7	10	22
9	6	10	6	42	7	6	6	10	6	43	7	8	6	11	6	45	7	10	21
10	6	11	6	43	7	7	6	11	6	44	7	8	6	12	6	46	7	11	20
11	6	12	6	44	7	9	6	13	6	45	7	9	6	13	6	47	7	11	19
12	6	13	6	45	7	9	6	14	6	46	7	9	6	14	6	48	7	12	18
13	6	14	6	46	7	9	6	15	6	47	7	10	6	15	6	49	7	12	17
14	6	16	6	47	7	9	6	16	6	48	7	10	6	17	6	50	7	13	16
15	6	17	6	48	7	9	6	17	6	49	7	11	6	18	6	51	7	13	15
16	6	18	6	49	7	9	6	18	6	50	7	12	6	19	6	52	7	13	14
17	6	19	6	49	7	10	6	20	6	51	7	12	6	21	6	53	7	14	13
18	6	20	6	50	7	10	6	21	6	52	7	12	6	22	6	54	7	14	12
19	6	21	6	51	7	10	6	22	6	53	7	13	6	23	6	55	7	14	11
20	6	22	6	51	7	10	6	23	6	54	7	13	6	24	6	56	7	15	10
21	6	23	6	52	7	10	6	24	6	55	7	13	6	25	6	57	7	15	9
22	6	24	6	53	7	10	6	25	6	56	7	13	6	26	6	58	7	15	8
23	6	25	6	54	7	11	6	26	6	56	7	13	6	27	6	59	7	16	7
24	6	26	6	55	7	11	6	27	6	57	7	13	6	28	7	0	7	16	6
25	6	27	6	56	7	11	6	28	6	58	7	14	6	29	7	1	7	16	5
26	6	29	6	56	7	11	6	30	6	59	7	14	6	31	7	1	7	16	4
27	6	30	6	57	7	11	6	31	7	0	7	14	6	32	7	2	7	16	3
28	6	31	6	58	7	11	6	32	7	1	7	14	6	33	7	3	7	16	2
29	6	32	6	59	7	11	6	33	7	1	7	14	6	34	7	3	7	17	1
30	6	33	7	0	7	11	6	34	7	2	7	14	6	35	7	4	7	17	0
Deſcēdētes	♍		♌		♋		♍		♌		♋		♍		♌		♋		Aſcēdētes
	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						
	♓		♒		♑		♓		♒		♑		♓		♒		♑		
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna						

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ.

Eleuatio	38						39						40					Poli.
Grad. loci Sol.	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna					Grad. loci Sol.
	♈		♉		♊		♈		♉		♊		♈		♉		♊	
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna					
	♎		♏		♐		♎		♏		♐		♎		♏		♐	
	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	
0	6	0	6	37	7	7	6	0	6	38	7	9	6	0	6	39	7	12	30
1	6	1	6	38	7	8	6	1	6	39	7	10	6	1	6	40	7	13	29
2	6	3	6	39	7	8	6	3	6	40	7	11	6	3	6	42	7	13	28
3	6	4	6	40	7	9	6	4	6	41	7	12	6	4	6	4;	7	14	27
4	6	5	6	41	7	10	6	5	6	42	7	13	6	5	6	44	7	15	26
5	6	7	6	42	7	10	6	7	6	44	7	13	6	7	6	46	7	16	25
6	6	8	6	43	7	11	6	8	6	45	7	14	6	8	6	47	7	17	24
7	6	9	6	44	7	12	6	9	6	46	7	15	6	9	6	48	7	18	23
8	6	10	6	46	7	12	6	11	6	47	7	15	6	11	6	50	7	18	22
9	6	11	6	47	7	13	6	12	6	48	7	16	6	12	6	51	7	1[illegible]	21
10	6	12	6	48	7	14	6	13	6	49	7	16	6	13	6	52	7	19	20
11	6	14	6	49	7	14	6	14	6	51	7	17	6	15	6	53	7	20	19
12	6	15	6	50	7	15	6	15	6	52	7	17	6	16	6	54	7	20	18
13	6	16	6	51	7	15	6	16	6	53	7	18	6	17	6	55	7	21	17
14	6	18	6	52	7	16	6	18	6	54	7	18	6	19	6	5[illegible]	7	21	16
15	6	19	6	53	7	16	6	19	6	55	7	19	6	20	6	57	7	2[illegible]	15
16	6	20	6	54	7	16	6	20	6	56	7	19	6	21	6	58	7	22	14
17	6	21	6	55	7	17	6	22	6	57	7	20	6	23	6	59	7	23	13
18	6	22	6	56	7	17	6	23	6	58	7	20	6	24	7	0	7	23	12
19	6	23	6	57	7	17	6	24	6	59	7	20	6	25	7	1	7	23	11
20	6	25	6	58	7	18	6	26	7	0	7	20	6	27	7	2	7	24	10
21	6	26	6	59	7	18	6	27	7	1	7	21	6	28	7	3	7	24	9
22	6	27	7	0	7	18	6	28	7	2	7	21	6	29	7	4	7	24	8
23	6	29	7	1	7	19	6	30	7	3	7	21	6	31	7	5	7	25	7
24	6	30	7	2	7	19	6	31	7	4	7	22	6	32	7	6	7	25	6
25	6	31	7	3	7	19	6	32	7	5	7	22	6	33	7	7	7	25	5
26	6	32	7	3	7	19	6	33	7	6	7	22	6	35	7	8	7	25	4
27	6	33	7	4	7	19	6	34	7	7	7	22	6	36	7	9	7	25	3
28	6	34	7	5	7	19	6	35	7	8	7	22	6	37	7	10	7	25	2
29	6	36	7	6	7	19	6	37	7	8	7	22	6	38	7	11	7	26	1
30	6	37	7	7	7	1[illegible]	6	38	7	9	7	22	6	39	7	12	7	26	0
Deſcēdētes	♍		♌		♋		♍		♌		♋		♍		♌		♋	Aſcēdētes
	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna					
	♓		♒		♑		♓		♒		♑		♓		♒		♑	
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna					

Tabu-

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ.

Eleuatio	41			42			43			Poli.
Grad. loci Sol.	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			Grad. loci Sol.
	♈	♉	♊	♈	♉	♊	♈	♉	♊	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			
	♎	♏	♓	♎	♏	♓	♋	♎	♓	
	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	
0	6 0	6 41	7 15	6 0	6 42	7 17	6 0	6 44	7 20	30
1	6 1	6 42	7 16	6 1	6 43	7 18	6 1	6 45	7 21	29
2	6 3	6 44	7 17	6 3	6 45	7 19	6 3	6 47	7 22	28
3	6 4	6 45	7 17	6 4	6 46	7 20	6 4	6 48	7 23	27
4	6 5	6 46	7 18	6 6	6 47	7 21	6 6	6 49	7 24	26
5	6 7	6 47	7 19	6 8	6 49	7 22	6 8	6 51	7 25	25
6	6 8	6 48	7 19	6 9	6 50	7 23	6 9	6 52	7 26	24
7	6 9	6 49	7 20	6 10	6 51	7 24	6 10	6 53	7 27	23
8	6 11	6 51	7 21	6 12	6 53	7 24	6 12	6 55	7 27	22
9	6 12	6 52	7 21	6 13	6 54	7 25	6 13	6 56	7 28	21
10	6 14	6 53	7 22	6 14	6 55	7 26	6 15	6 57	7 29	20
11	6 15	6 55	7 23	6 16	6 57	7 26	6 17	6 59	7 29	19
12	6 17	6 56	7 23	6 17	6 58	7 27	6 18	7 0	7 30	18
13	6 18	6 57	7 24	6 18	6 59	7 27	6 19	7 1	7 31	17
14	6 20	6 58	7 24	6 20	7 0	7 28	6 21	7 3	7 31	16
15	6 21	6 59	7 25	6 21	7 1	7 28	6 22	7 4	7 32	15
16	6 22	7 0	7 25	6 23	7 2	7 29	6 24	7 5	7 32	14
17	6 24	7 2	7 26	6 25	7 4	7 29	6 26	7 6	7 32	13
18	6 25	7 3	7 26	6 26	7 5	7 30	6 27	7 7	7 33	12
19	6 26	7 4	7 26	6 27	7 6	7 30	6 28	7 8	7 33	11
20	6 28	7 5	7 27	6 29	7 7	7 30	6 30	7 10	7 33	10
21	6 29	7 6	7 27	6 30	7 8	7 31	6 31	7 11	7 34	9
22	6 30	7 7	7 27	6 31	7 9	7 31	6 32	7 12	7 34	8
23	6 32	7 8	7 28	6 33	7 10	7 31	6 34	7 1[illegible]	7 34	7
24	6 33	7 9	7 28	6 34	7 11	7 32	6 35	7 14	7 35	6
25	6 34	7 10	7 28	6 35	7 13	7 32	6 37	7 15	7 35	5
26	6 36	7 11	7 29	6 37	7 14	7 32	6 39	7 16	7 35	4
27	6 37	7 12	7 29	6 38	7 15	7 32	6 40	7 17	7 35	3
28	6 38	7 13	7 29	6 39	7 16	7 32	6 41	7 18	7 35	2
29	6 40	7 14	7 30	6 41	7 16	7 32	6 43	7 19	7 36	1
30	6 41	7 15	7 30	6 42	7 17	7 32	6 4[illegible]	7 20	7 36	0
Deſcēdētes	♍	♌	♋	♍	♌	♋	♍	♌	♋	Aſcēdentes
	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			
	♓	♒	♑	♓	♒	♑	♓	♒	♑	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			

Tabula quantitatis ſemidiurnæ, & ſeminocturnæ.

Eleuatio	44						45						46						Poli.
Grad. loci Sol.	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						Grad. loci Sol.
	♈		♉		♊		♈		♉		♊		♈		♉		♊		
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna						
	♎		♏		♐		♎		♏		♐		♎		♏		♐		
	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	
0	6	0	6	45	7	23	6	0	6	47	7	26	6	0	6	49	7	30	30
1	6	1	6	47	7	24	6	2	6	48	7	27	6	2	6	50	7	31	29
2	6	4	6	48	7	25	6	3	6	50	7	28	6	3	6	52	7	32	28
3	6	5	6	50	7	26	6	5	6	51	7	29	6	5	6	53	7	33	27
4	6	6	6	51	7	27	6	7	6	53	7	30	6	7	6	54	7	34	26
5	6	8	6	53	7	28	6	8	6	54	7	31	6	8	6	55	7	35	25
6	6	9	6	54	7	29	6	10	6	56	7	32	6	10	6	57	7	36	24
7	6	11	6	55	7	30	6	11	6	57	7	33	6	12	6	59	7	37	23
8	6	13	6	57	7	30	6	13	6	59	7	34	6	13	7	9	7	37	22
9	6	14	6	58	7	31	6	14	7	0	7	35	6	15	7	2	7	38	21
10	6	15	6	59	7	32	6	16	7	1	7	36	6	17	7	4	7	39	20
11	6	17	7	1	7	32	6	17	7	3	7	36	6	18	7	5	7	39	19
12	6	18	7	2	7	33	6	19	7	4	7	37	6	20	7	7	7	40	18
13	6	20	7	3	7	34	6	21	7	5	7	38	6	22	7	8	7	41	17
14	6	22	7	5	7	34	6	22	7	7	7	38	6	23	7	10	7	41	16
15	6	23	7	6	7	35	6	23	7	8	7	39	6	25	7	11	7	42	15
16	6	24	7	7	7	36	6	24	7	9	7	39	6	27	7	12	7	43	14
17	6	26	7	9	7	36	6	27	7	11	7	40	6	28	7	14	7	43	13
18	6	27	7	10	7	37	6	29	7	12	7	40	6	30	7	15	7	44	12
19	6	29	7	11	7	37	6	30	7	13	7	41	6	31	7	16	7	44	11
20	6	30	7	12	7	37	6	32	7	15	7	41	6	33	7	18	7	45	10
21	6	32	7	13	7	38	6	33	7	16	7	41	6	34	7	19	7	4	9
22	6	33	7	14	7	38	6	35	7	17	7	42	6	36	7	20	7	45	8
23	6	35	7	16	7	38	6	36	7	19	7	42	6	37	7	22	7	4	7
24	6	36	7	17	7	39	6	38	7	20	7	42	6	39	7	23	7	46	6
25	6	38	7	18	7	39	6	40	7	21	7	42	6	41	7	24	7	46	5
26	6	39	7	19	7	39	6	41	7	22	7	42	6	42	7	25	7	46	4
27	6	41	7	20	7	39	6	43	7	23	7	43	6	44	7	26	7	47	3
28	6	42	7	21	7	39	6	44	7	24	7	43	6	46	7	27	7	47	2
29	6	44	7	22	7	39	6	46	7	25	7	43	6	47	7	29	7	47	1
30	6	45	7	23	7	39	6	47	7	26	7	43	6	49	7	3[illegible]	7	47	0
Deſcēdētes	♍		♌		♋		♍		♌		♋		♍		♌		♋		Aſcēdētes
	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						
	♓		♒		♑		♓		♒		♑		♓		♒		♑		
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna						

Tabu-

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ.

Eleuatio	47						48						49						Poli.
Grad. loci Sol.	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						Grad. loci Sol.
	♈		♉		♊		♈		♉		♊		♈		♉		♊		
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna						
	♎		♏		♐		♎		♏		♐		♏		♎		♐		
	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	H	'	
0	6	0	6	50	7	33	6	0	6	52	7	36	6	0	6	54	7	40	30
1	6	2	6	52	7	34	6	2	6	54	7	37	6	2	6	56	7	41	29
2	6	3	6	53	7	35	6	4	6	55	7	39	6	4	6	57	7	43	28
3	6	5	6	55	7	36	6	6	6	57	7	40	6	6	6	59	7	44	27
4	6	7	6	57	7	37	6	8	6	59	7	41	6	8	7	1	7	45	26
5	6	8	6	58	7	38	6	9	7	0	7	42	6	9	7	2	7	46	25
6	6	10	7	0	7	39	6	11	7	2	7	43	6	11	7	4	7	47	24
7	6	12	7	2	7	40	6	13	7	4	7	44	6	13	7	6	7	48	23
8	6	13	7	3	7	41	6	14	7	5	7	45	6	14	7	7	7	49	22
9	6	15	7	5	7	42	6	16	7	7	7	46	6	16	7	9	7	50	21
10	6	17	7	6	7	43	6	18	7	9	7	47	6	18	7	11	7	51	20
11	6	18	7	8	7	43	6	19	7	10	7	47	6	20	7	13	7	52	19
12	6	20	7	9	7	44	6	21	7	12	7	48	6	22	7	15	7	53	18
13	6	22	7	10	7	45	6	23	7	14	7	49	6	24	7	16	7	54	17
14	6	24	7	12	7	45	6	24	7	15	7	49	6	25	7	18	7	54	16
15	6	26	7	13	7	46	6	26	7	17	7	50	6	27	7	19	7	55	15
16	6	28	7	15	7	47	6	28	7	18	7	51	6	29	7	21	7	56	14
17	6	29	7	16	7	47	6	30	7	20	7	51	6	31	7	23	7	56	13
18	6	31	7	18	7	48	6	32	7	21	7	52	6	33	7	24	7	57	12
19	6	33	7	19	7	48	6	34	7	22	7	53	6	35	7	25	7	57	11
20	6	34	7	20	7	48	6	35	7	24	7	53	6	36	7	27	7	58	10
21	6	36	7	22	7	49	6	37	7	25	7	54	6	38	7	28	7	58	9
22	6	38	7	23	7	49	6	39	7	26	7	54	6	40	7	29	7	58	8
23	6	39	7	25	7	49	6	40	7	28	7	54	6	42	7	31	7	59	7
24	6	41	7	26	7	50	6	42	7	29	7	55	6	44	7	32	7	59	6
25	6	43	7	27	7	50	6	44	7	30	7	55	6	46	7	33	7	59	5
26	6	44	7	28	7	50	6	45	7	32	7	55	6	47	7	35	8	0	4
27	6	46	7	29	7	51	6	47	7	33	7	56	6	49	7	36	8	0	3
28	6	47	7	30	7	51	6	49	7	34	7	56	6	51	7	37	8	0	2
29	6	49	7	32	7	51	6	50	7	35	7	56	6	52	7	39	8	0	1
30	6	50	7	33	7	51	6	52	7	36	7	56	6	54	7	40	8	0	0
Deſcēdētes	♍		♌		♋		♍		♌		♋		♍		♌		♋		Aſcēdentes
	Semidiurna						Semidiurna						Semidiurna						
	♓		♒		♑		♓		♒		♑		♓		♒		♑		
	Seminocturna						Seminocturna						Seminocturna						

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ.

Eleuatio	50			51			52		Poli.	
Grad. loci Sol.	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			Grad. loci Sol.
	♈	♉	♊	♈	♉	♊	♈	♉	♊	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			
	♎	♏	♐	♎	♏	♐	♎	♏	♐	
	H '	H '	H '	H '	H '	H '	H '	H '	H '	
0	6 0	6 56	7 44	6 0	6 58	7 48	6 0	7 0	7 52	30
1	6 0	6 58	7 45	6 2	7 0	7 49	6 2	7 2	7 54	29
2	6 4	6 59	7 47	6 4	7 2	7 51	6 4	7 4	7 55	28
3	6 6	7 1	7 48	6 6	7 4	7 52	6 6	7 6	7 56	27
4	6 8	7 3	7 49	6 8	7 6	7 53	6 8	7 8	7 58	26
5	6 9	7 5	7 50	6 10	7 7	7 55	6 10	7 10	7 59	25
6	6 11	7 7	7 51	6 12	7 9	7 56	6 12	7 12	8 0	24
7	6 13	7 9	7 52	6 14	7 11	7 57	6 14	7 14	8 1	23
8	6 15	7 10	7 53	6 16	7 13	7 58	6 16	7 16	8 3	22
9	6 17	7 12	7 54	6 18	7 15	7 59	6 18	7 17	8 4	21
10	6 19	7 14	7 55	6 20	7 17	8 0	6 20	7 19	8 5	20
11	6 21	7 15	7 56	6 22	7 18	8 1	6 22	7 21	8 6	19
12	6 23	7 17	7 57	6 24	7 20	8 2	6 24	7 23	8 7	18
13	6 25	7 19	7 58	6 26	7 22	8 3	6 25	7 25	8 7	17
14	6 26	7 20	7 58	6 27	7 23	8 3	6 29	7 27	8 8	16
15	6 28	7 22	7 59	6 29	7 25	8 4	6 31	7 28	8 9	15
16	6 30	7 24	8 0	6 31	7 27	8 5	6 33	7 30	8 10	14
17	6 32	7 25	8 0	6 33	7 28	8 5	6 35	7 32	8 11	13
18	6 34	7 27	8 1	6 35	7 30	8 6	6 37	7 34	8 11	12
19	6 36	7 28	8 2	6 37	7 32	8 7	6 39	7 35	8 12	11
20	6 38	7 30	8 2	6 39	7 33	8 7	6 41	7 37	8 13	10
21	6 40	7 31	8 3	6 41	7 35	8 8	6 43	7 39	8 13	9
22	6 42	7 33	8 3	6 43	7 36	8 8	6 45	7 40	8 13	8
23	6 43	7 34	8 4	6 45	7 38	8 8	6 47	7 42	8 14	7
24	6 45	7 36	8 4	6 47	7 39	8 9	6 49	7 43	8 14	6
25	6 47	7 37	8 4	6 49	7 41	8 9	6 51	7 45	8 14	5
26	6 49	7 39	8 4	6 51	7 42	8 9	6 53	7 47	8 15	4
27	6 51	7 40	8 4	6 53	7 44	8 10	6 55	7 48	8 15	3
28	6 53	7 41	8 4	6 55	7 45	8 10	6 57	7 50	8 15	2
29	6 54	7 43	8 5	6 56	7 47	8 10	6 58	7 51	8 15	1
30	6 56	7 44	8 5	6 58	7 48	8 10	7 0	7 52	8 15	0
Deſcēdētes	♍	♌	♋	♍	♌	♋	♍	♌	♋	Aſcēdētes
	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			
	♓	♒	♑	♓	♒	♑	♓	♒	♑	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ.

Eleuatio	53			54			55			Poli
	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			
	♈	♉	♊	♈	♉	♊	♈	♉	♊	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			
Grad. loci Sol.	♎	♏	♐	♎	♏	♐	♒	♎	♐	Grad. loci Sol.
	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	
0	6 0	7 3	7 57	6 0	7 5	8 2	6 0	7 8	8 7	30
1	6 2	7 5	7 58	6 2	7 7	8 3	6 2	7 10	8 9	29
2	6 4	7 7	8 0	6 5	7 9	8 5	6 5	7 12	8 10	28
3	6 6	7 9	8 1	6 7	7 11	8 6	6 7	7 14	8 12	27
4	6 8	7 11	8 2	6 9	7 13	8 7	6 9	7 16	8 13	26
5	6 11	7 13	8 4	6 11	7 15	8 9	6 12	7 19	8 15	25
6	6 13	7 15	8 5	6 13	7 17	8 10	6 14	7 21	8 16	24
7	6 15	7 17	8 6	6 15	7 19	8 11	6 16	7 23	8 17	23
8	6 17	7 18	8 8	6 18	7 22	8 13	6 18	7 25	8 19	22
9	6 19	7 20	8 9	6 20	7 24	8 14	6 20	7 27	8 20	21
10	6 21	7 22	8 10	6 22	7 26	8 15	6 22	7 29	8 21	20
11	6 23	7 24	8 11	6 24	7 28	8 16	6 25	7 31	8 22	19
12	6 25	7 26	8 12	6 26	7 30	8 17	6 27	7 33	8 23	18
13	6 27	7 28	8 13	6 28	7 32	8 18	6 29	7 35	8 24	17
14	6 30	7 30	8 14	6 31	7 33	8 19	6 32	7 37	8 25	16
15	6 32	7 32	8 15	6 33	7 35	8 20	6 34	7 39	8 26	15
16	6 34	7 34	8 16	6 35	7 37	8 21	6 36	7 41	8 27	14
17	6 36	7 35	8 17	6 37	7 39	8 22	6 39	7 43	8 28	13
18	6 38	7 37	8 17	6 39	7 41	8 23	6 41	7 45	8 29	12
19	6 40	7 39	8 18	6 41	7 43	8 24	6 43	7 47	8 30	11
20	6 42	7 40	8 19	6 44	7 45	8 25	6 46	7 49	8 30	10
21	6 43	7 42	8 19	6 46	7 47	8 25	6 48	7 51	8 31	9
22	6 46	7 44	8 19	6 48	7 49	8 25	6 50	7 5[illegible]	8 31	8
23	6 48	7 46	8 20	6 50	7 50	8 26	6 52	7 54	8 32	7
24	6 50	7 48	8 20	6 52	7 52	8 26	6 54	7 56	8 32	6
25	6 52	7 49	8 20	6 54	7 54	8 26	6 56	7 58	8 32	5
26	6 55	7 51	8 21	6 57	7 55	8 27	6 59	8 0	8 33	4
27	6 57	7 52	8 21	6 59	7 57	8 27	7 1	8 2	8 35	3
28	6 59	7 54	8 21	7 1	7 59	8 27	7 3	8 4	8 37	2
29	7 1	7 55	8 22	7 3	8 0	8 27	7 6	8 5	8 37	1
30	7 3	7 57	8 22	7 5	8 2	8 27	7 8	8 7	8 38	0
Deſcēdētes	♍	♌	♋	♍	♌	♋	♍	♌	♋	Aſcēdentes
	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			
	♓	♒	♑	♓	♒	♑	♓	♒	♑	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			

Tabula quantitatis ſemidiurnæ vel ſeminocturnæ.

Eleuatio	56			57			58			Poli.
Grad. loci Sol.	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			Grad. loci Sol.
	♈	♉	♊	♈	♉	♊	♈	♉	♊	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			
	♎	♏	♐	♎	♏	♐	♎	♏	♐	
	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	H ′	
0	6 0	7 10	8 12	6 0	7 13	8 18	6 0	7 16	8 24	30
1	6 2	7 12	8 14	6 2	7 15	8 20	6 3	7 18	8 26	29
2	6 5	7 15	8 15	6 5	7 18	8 21	6 5	7 21	8 28	28
3	6 7	7 17	8 17	6 7	7 20	8 2[illegible]	6 8	7 23	8 30	27
4	6 9	7 19	8 19	6 10	7 22	8 25	6 10	7 26	8 32	26
5	6 12	7 22	8 20	6 12	7 25	8 26	6 13	7 28	8 33	25
6	6 14	7 24	8 22	6 15	7 27	8 28	6 15	7 31	8 35	24
7	6 16	7 26	8 23	6 17	7 29	8 30	6 18	7 33	8 37	23
8	6 19	7 28	8 25	6 20	7 31	8 31	6 20	7 36	8 38	22
9	6 21	7 30	8 2[illegible]	6 22	7 33	8 33	6 23	7 38	8 40	21
10	6 23	7 32	8 27	6 24	7 36	8 34	6 26	7 4[illegible]	8 41	20
11	6 26	7 35	8 29	6 27	7 38	8 36	6 28	7 4[illegible]	8 43	19
12	6 28	7 37	8 30	6 29	7 41	8 37	6 31	7 45	8 44	18
13	6 30	7 39	8 31	6 32	7 43	8 38	6 33	7 47	8 45	17
14	6 33	7 41	8 32	6 34	7 46	8 39	6 36	7 50	8 47	16
15	6 35	7 4[illegible]	8 33	6 37	7 48	8 40	6 38	7 52	8 48	15
16	6 37	7 45	8 34	6 39	7 50	8 41	6 41	7 54	8 49	14
17	6 40	7 47	8 35	6 42	7 52	8 42	6 43	7 57	8 50	13
18	6 42	7 49	8 36	6 44	7 54	8 43	6 46	7 59	8 51	12
19	6 44	7 51	8 37	6 46	7 56	8 44	6 48	8 1	8 52	11
20	6 47	7 54	8 37	6 49	7 58	8 44	6 51	8 4	8 52	10
21	6 49	7 56	8 38	6 51	8 0	8 45	6 53	8 6	8 53	9
22	6 51	7 58	8 38	6 54	8 2	8 46	6 56	8 8	8 54	8
23	6 54	7 59	8 39	6 56	8 5	8 46	6 58	8 10	8 54	7
24	6 56	8 1	8 39	6 59	8 7	8 47	7 1	8 12	8 55	6
25	6 58	8 3	8 39	7 1	8 9	8 47	7 3	8 14	8 55	5
26	7 1	8 5	8 40	7 4	8 10	8 48	7 6	8 16	8 56	4
27	7 3	8 7	8 40	7 6	8 12	8 48	7 8	8 18	8 56	3
28	7 5	8 9	8 40	7 8	8 14	8 48	7 11	8 20	8 56	2
29	7 8	8 10	8 41	7 11	8 16	8 48	7 15	8 22	8 56	1
30	7 10	8 12	8 41	7 13	8 18	8 48	7 16	8 24	8 56	0
Deſcẽdẽtes	♍	♌	♋	♍	♌	♋	♍	♌	♋	Aſcẽdẽtes
	Semidiurna			Semidiurna			Semidiurna			
	♓	♒	♑	♓	♒	♑	♓	♒	♑	
	Seminocturna			Seminocturna			Seminocturna			

De correctione temporis, & motus Planetarum ob rationem inæqualitatis dierum naturalium. Cap. 7.

SVpra diximus diem naturalem, ſeu apparentem eſſe tempus à dato meridie in proximè ſequētem meridiem interceptū, ſeu quo Sol per regularem vniuerſi motum ad eūdem locum, à quo diſceſſit, iterum reuertitur: hoc enim eſt tēporis ſpatium, quo totus Aequator integram reuolutionem circa terram abſoluit cū additione portionis ipſius Aequatoris, quæ correſpōdet illi parti Eclipticæ, quā Sol proprio motu diurno contra primum motum pertranſit. Hos autem dies naturales veros inuicem inæquales fore duplici de cauſa conſtat. Primo ob motū Solis in Zodiaco inæqualem, ac circa mundi centrum irregularem ratione ſuorum orbium. Sol namque in altera medietate, quæ ab ♈ initio ad finem ♍ 186 diebus & horis 8. ferè commoratur: in altera verò Zodiaci medietate huic æquali diebus tantum 178. cum horis 22. ferè vnde neceſſe eſt, Solem in priori quidem tardius, in poſteriori celeriùs moueri.

Secundo ratione aſcenſionum Aequatoris. Conſtat enim ex ſigniferi obliquitate diſſimilem congruere aſcenſionem, æquali ipſius arcui tam in recto, quàm in obliquo Sphęrę poſitu: quò fit, vt cum particulæ diurno motui Solis reſpondentes, quæ integris Aequatoris conuerſionibus quotidie adijciuntur, inæquales ſint, neceſſariò tēpus quoque, quod ipſas metitur, inæquale erit, & per conſequens dies ipſi. Hinc patet eiuſcemodi dies naturales non poſſe æqualium cæleſtium motuū iuſtam menſuram eſſe: ſiquidem regulares motus corporū cœleſtium, non niſi regulari, & æquali tempore dimetiri poſſumus. Proinde Aſtronomis mediocres, ac inuicem ſemper æquales dies excogitaſſe operæpretiū fuit. Hi etenim ad numerandū æquabiles, regularesvè cœleſtiū motuum periodos, aptè conducere videntur. Eſt igitur hic æqualis, ſeu mediocris dies naturalis intercapedo tēporis, qua integer Aequinoctialis per reuolutionem Primi Mobilis ſemel circūducitur vnà cum tanta parte eiuſdē, quantam Sol diurno motu æquali in Zodiaco percurrit: nam cū Aequator tot reuolutiones in anno abſoluat, quot sūt dies anni, & his addita reuolutione, quæ ob motū Solis annuum ei debetur, numerabuntur in anno 366. reuolutiones: quas ſi in numerum dierū anni partiamur, oſtēdēt diei naturalis quantitatē, qualem ſupra innuimus, nempe ſimplicē æquatoris cōuerſionem vnà cum 59. ſcrupulis, 8. ſecūdis, & 20. ferè tertijs, quātus eſt ęqualis motus Solis diurnus cōpoſitus, ſeu ab Aequinoctio medio. Differentia igitur, qua verus, ſeu apparens dies naturalis à mediocri, ſeu æquali diſcrepat æquatio dierū nūcupatur, quæ differentia etſi inter duos proximos dies exigua appareat, & vix ſenſu percipi poſſit; attamen negligenda haud eſt, ſi ad dies longe inuicem diſtantes fiat collatio, plurimæ ſiquidem differētiæ dierum ſimul collectæ notabile diſcrimen pariunt & noſtro quidem ſæculo maxima differentia inter

Vide canta bu. noſtrarū ſecūdorū mobilium

inter æquales, & apparentes dies inuenta eſt temporum, ſeu graduum Aequinoctialis quinque cum 36. ferè ſcrupulis, quæ ad vſuale tempus redacta conficiunt ſcrup. 22. cum totidem ſecundis vnius horæ. Cum igitur ad hos dies æquales ab Aſtronomis inuentos omnes motuum tabulæ, Ephemerideſq; ſint computatæ, manifeſtum eſt, ꝙ ad apparẽtes, ſeu ciuiles dies hi planetarum motus in noſtris Ephemeridibus notatis minimè referri poterunt, niſi prius ęquatione dierum adhibita, quę eſt differentia inter veros & ęquales dies, vt ſupra diximus, & quãuis in ♄ & ♃ propter tarditatem motus eorum nulla ferè deprehendatur differentia, paruaq; in ♂ ☉, & ♀, vt vnius primi tantum ſcrupuli, & in ☿ duorum, tamen in motu Lunæ interdum vſque ad 14 prima ſcrupula propter eius motum velociorem accidere poteſt. Quapropter, relictis ſecurè cæteris planetis, hanc ſcrupuloſam correctionem ſolum in luminaribus obſeruabimus, ob quã cauſam in prioribus Ephemeridum noſtrarum editionibus canonem Eraſmi Reinoldi æquationis dierum ad motum Solis, & Lunæ in gratiam ſtudioſorum accommodauimus, cuius quidem tabulę vſus talis erit. Cum vero loco Solis ad tempus tuũ ex diarijs inuento ingredere canonem æquationis dierum quærendo in ſumitate ſignum Solis: à latere verò gradus loci Solis, & tibi in angulo communi, ſeu area occurrent ſcrupula ſecunda in columna ☉, & in columna ☽ ſcrupula prima, quæ motui ſingulorum addenda, vel minuenda ſunt, prout titulus ſupra poſitus indicabit. Vel etiam collige ſcrupula, & ſecunda temporis, quæ tibi primò occurrunt, & hæc tempori tuo adde, vel minue iuxta contrarietatem titulorum, & cum illo tempore æquato loca ſingulorum planetarum ſupputare poteris. Aſpectuum verò tempora, quæ in Ephemeridibus expreſſa ſunt, tali modo corrigenda veniunt: quoniam, cum ſint iuxta æqualem, & Aſtronomicum tẽpus ſupputata, ad inæqualem, ſeu apparentem reduci debent. Quapropter æquatio dierum in prima linea Tabulæ cum loco Solis inuenta addenda, vel ſubducenda eſt a tempore dicti aſpectus, prout indicabit titulus, & prodibit tẽpus ciuile, ſeu apparens, quo continget ille aſpectus. Meminerit tamen ſtudioſus, ꝙ in Eclipſibus, ſinodis, oppoſitionibus, & quadraturis luminarium, nec non in ingreſſibus ☉ in quatuor puncta cardinalium ſignorum hanc dierum æquationem obſeruauimus, vt eò certius gradus emergens in noſtro horizonte inueniretur: in cæteris verò ob paruam neceſſitatem iure eam negleximus.

ADDITIO.

Cum in ſupplementis Iſagogicarum Ephemeridum ſit à nobis comprobata tabella Aequationis dierum naturalium Tychonica, idcirco hoc in loco tabellam eandem ſecundum Copernicum & canones Prutenicos ſupputatam prætermittere decreuimus, quam ſi quiſpiam habere voluerit, recurret ad canonem ſeptimum noſtrarum Tabularum Secundorum Mobilium.

De

De æquatione temporis ob meridianorum differentiam, ſeu quomodo Ephemerides hæ ad Venetiarum meridianum computatæ, ad alia quæcunque loca transferatur. Cap. 8.

ALTERA de cauſa tempus tuum adhuc corrigendū reſtat. Nam ſicut omnes canones celęſtium motuum ad certum aliquē Meridianum computati ſunt, ita etiam Ephemerides omnes. Vnde ex hoc apparet, quòd illis tantum ciuitatibus, quæ in eadē longitudine ab Occidēte ſunt, ſeu in eodē Meridiano ritè congruent, alijs autē, quæ ſiue verſus ortum, ſiue occaſū diſtant, ſine aliquo diſcrimine haud conuenire poterunt. Vt autem Ephemerides noſtræ, quæ ad longitudinem inclytæ Venetiarum vrbis ſunt conditæ, ad aliorū etiam locorum Meridianos traducantur, neceſſe eſt, vt per differentiā longitudinis illius loci à Meridiano Venetiarū id expedias; hæc autem differentia nil aliud eſt, quam arcus Aequatoris, inter vtroſque Meridianos interceptus quam quidem differentiam in tempus commutari expedit ſic, vt quindecim gradus, ſeu tēpora Aequatoris vni horæ, totidemque ſcrupula vni temporis ſcrupulo conueniāt. Verum, vt ſtudioſos ab hac moleſta ſupputatione liberaremus, quàm plurium locorum ſeu ciuitatum differētiam in horas, & ſcrupula commutauimus: prętere a ne quid ſupputationi noſtræ deſit, appoſuimus etiā noſtro catalogo omnium locorum lōgitudines ex probatioribus authoribus, & hoc eo fecimus conſilio, vt ſi quiſpiam huius noſtri laboris Geographici minimè contentus, peculiares aliquorum locorum obſeruationes habens, reſtituere eas valeat, quoniam in hac Aſtronomię parte, quę deſcriptionem locorum continet, tanta cum inter antiquos, tùm inter recentiores conſpicitur differentia, vt ne dum nos, verum quiſquis eruditus, quos ſecurè in hac parte ſequi poſſit, ambigat, quod certè ſtudioſos diſſimulare nolui. Duplicem igitur vſum hæc tabella Regionum prębet. Primo cum planetarum motus ad tempus aliquod in alio meridiano inquiritur, & tūc tempus datum ad Meridianum Venetiarum, ſub quo noſtræ Ephemerides ſunt compilatæ, hac forma reducendum eſt. Differentiam temporis loci illius in tabula Regionum inuentam adde dato tempori, ſi ille locus ſit Venetijs occidentalior, quoniam cum meridies occidentalibus tardiùs accidat, paucioreſque horas numerent, planetæ tempore eius meridiei plus numeri in ſignifero obtinebunt. E contra verò, ſi ſit orientalior, illam differentiam ab illo aufer, eò quòd cum eis citiùs accidat meridies, pluresque horas numerent, minus numeri loca planetarum in dicto Meridiano poſſident, & ad hoc inferrendum præfiximus ſingulis ciuitatibus has notas A. & S. quæ additionē, ſubtractionemvè denotant, in columna ſcilicet, quę motibus planetarum

rum refertur. Veruntamen ſi compendio vti velis, pro binis ſcrupulis temporis differentiæ adde, vel ſubtrahe vnum minutum motui Lunæ, & pro dictis binis ſcrupulis quinque ſecunda motui Solis, nam in cæteris planetis hæc ſupputatio negligi ſecurè poteſt, niſi differentia temporis alicuius fuerit momenti.

Poſterior huius Tabulæ vſus eſt, cum tempus Eclipſium, & ſingulorum aſpectuum, nec non ingreſſus ☉ in puncta cardinalia in diarijs expreſſum ad alium Meridianum transferendum eſt, nam tunc ſi locus ille ſit Venetijs Orientalior, tempus è directo dicti loci in Tabula inuentum addendum eſt tempori dictæ Eclipſis, vel aſpectus in diarijs annotato, nam tardius Eclipſes, ſeu aſpectus Orientalibus contingunt: ſi verò locus ſit Occidentalior, tunc ea differentia a tempore aſpectus auferrenda eſt, eò quod in illo Horizonte citius interueniet, & hoc admonent etiam notæ A, & S. poſitæ in columna aſpectibus planetarum inſeruiente. Exempla ob operationis facilitatem conſultò omittimus.

Cata-

Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridiani habenda.

Nomina Ciuitatum, & locorum.	Latitudo. G	M	Longitudo. G	M	Differ. tépor. H	M	Inmo. Pla.	In aſpecti.
Acedum. Ceneda.	45	18	33	22	0	14	A	S
Adrianopolis.	42	45	22	45	0	46	A	S
Alba Regalis Vngariæ.	46	48	42	0	0	31	S	A
Album Caſtrum Tranſ.	48	35	50	45	1	5	S	A
Alexandria Aegypti.	31	0	60	30	1	45	S	A
Alexandria Italiæ.	43	30	30	0	0	17	A	S
Almoiſa Hiſpaniæ.	44	45	10	30	1	36	A	S
Alsfeldia Haſſiæ.	51	0	72	0	0	10	A	S
Ambianum Picardiæ.	49	50	22	30	0	48	A	S
Andegauia Galliæ.	46	0	19	30	0	20	A	S
Amberga Bohemiæ.	49	26	32	40	0	10	A	S
Ancona *Italiæ*.	43	42	39	40	0	22	S	A
Antiochia penes Taurum montem.	37	20	70	15	2	24	S	A
Antuerpia Brabantiæ.	51	28	26	36	0	31	A	S
Aquinum.	41	56	38	30	0	17	S	A
Aquila.	43	30	38	20	0	16	S	A
Aquileia Hiſtriæ.	45	12	34	0	0	1	A	S
Aquiſgranum Imperiale.	51	6	28	52	0	22	A	S
Aretium Hetruriæ.	42	45	34	4[illegible]	0	2	[illegible]	A
Argentina, Angentoratum.	48	45	28	14	0	24	A	S
Atlitium.	42	55	35	20	0	4	S	A
Athenæ.	37	25	52	45	1	14	S	A
Auenio Galliæ, Auignon.	43	52	22	0	0	49	A	S
Auguſta Vindelicorum.	47	42	33	0	0	5	A	S
Aurelia Galliæ. Orliens.	47	13	19	0	1	1	A	S
Ariminum Italiæ.	43	50	35	40	0	6	S	A
Babylon Chaldeorum.	35	0	79	0	2	59	S	A
Bamberga Franconiæ.	49	56	31	45	0	10	A	S
Barcinum Hiſpan. Barſalona.	41	35	10	0	1	37	A	S
Barium.	41	52	43	40	0	38	S	A
Baſſilea Heluetiæ.	47	41	27	50	0	26	A	S
Badacoz Hiſpaniæ.	39	0	10	46	1	35	A	S
Badena Heluetiæ.	48	44	31	0	0	13	A	S
Barſalona Hiſpaniæ.	41	30	17	15	0	29	A	S
Bellogradum Vngariæ.	44	30	45	15	0	44	S	A
Beneuentum.	41	50	36	15	0	8	S	A
Bergamum.	44	50	30	30	0	15	A	S
Bergis Nouergiæ.	61	15	27	30	0	28	A	S
Berlinum Mar. Brandemb.	52	50	36	30	0	9	S	A
Berna Heluetiæ.	46	25	39	45	0	10	A	S
Bethlehem.	31	50	55	45	2	6	S	A
[illegible]iburgum Daniæ.	57	26	37	0	0	10	S	A

Cata-

Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridiani habenda.

Nomina Ciuitatum, & locorum.	Latitudo. G	m	Longitudo. G	m	Differẽtẽ por. H	m	Immo. Pla.	In aſpectu.
Burgos Hiſpaniæ.	44	40	16	0	0	54	A	S
Bizantium Galliæ. Beſanſon.	47	36	25	40	0	34	A	S
BONONIA Italiæ.	43	54	33	5	0	5	A	S
Brandemburgum.	52	36	35	30	0	5	S	A
Brixia Italiæ.	44	36	33	20	0	12	A	S
Brugæ Flandriæ.	24	30	24	26	10	39	A	S
Brundiſium Apuliæ. Branditio.	43	26	43	50	0	34	S	A
Bruxella Brabantiæ.	52	24	26	42	0	30	A	S
Buda Hungariæ.	47	0	44	36	0	41	S	A
Burdegala Galliæ.	45	30	18	30	1	3	A	S
Caſalis S. Euaſij.	42	37	30	42	0	15	A	S
Calecutum Indiæ.	5	0	16	0	5	27	S	A
Camerinum.	43	0	36	0	0	7	S	A
Campena Friſiæ.	52	50	21	46	0	50	A	S
Candiæ Inſula, olim Creta.	34	45	54	10	1	20	S	A
Canaria Inſula.	11	0	1	0	2	12	A	S
Capua Italiæ.	41	0	39	10	0	20	S	A
Caroloſtadium Franconiæ.	50	5	27	40	0	26	A	S
Cartago Barbariæ.	31	50	31	48	0	10	A	S
Catina Siciliæ.	37	40	39	46	0	22	S	A
Caſchouia Vngariæ.	48	20	46	0	0	47	S	A
Cayrum, vel Noua Babylonia.	29	50	63	0	1	55	S	A
Ceſena Italiæ.	43	40	34	40	0	2	S	A
Cephalenia Inſula.	37	10	47	10	2	52	S	A
Cæſar Auguſta Aragoniæ.	41	45	14	15	1	20	A	S
Colmaria Alſatiæ.	48	12	26	0	0	33	A	S
Colonia Aggripina.	51	0	29	0	0	21	A	S
Comum.	44	40	29	56	0	17	A	S
Compoſtella Hiſpaniæ.	44	13	6	0	1	53	A	S
Concordia.	44	55	33	15	0	4	A	S
Confluentia.	50	25	27	30	0	27	A	S
Cortona.	41	40	35	0	0	3	S	A
Conſtantinopolis. Bizantium.	43	5	55	30	1	25	S	A
Conſtantia in confin. Heluetiæ.	47	30	28	30	0	23	A	S
Corduba Hiſpaniæ.	37	50	8	0	1	45	A	S
Corfinium, vulgo Corfù.	33	45	45	10	0	44	S	A
Corſicæ Inſulæ medium.	40	50	31	0	0	13	A	S
Coſentia Calabriæ.	40	15	43	12	0	36	S	A
Cracouia Poloniæ.	50	12	45	30	0	45	S	A
Crema.	44	20	31	15	0	12	A	S
Cremona Italiæ.	44	40	32	25	0	7	A	S
Cumæ, vnde Sybilla Cumana.	41	30	41	0	0	27	[illegible]	[illegible]

Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridiani habenda.

Nomina Ciuitatum, & locorum.	Latitudo. G	l	Longitudo. G	l	Differẽtiæ por. H	l	Immo. Pla.	In aſpecti.
Cypri Inſula.	35	30	65	30	2	5	S	A
Damaſcus Syriæ.	33	0	69	0	2	19	S	A
Dantiſcum Pruſſiæ.	54	44	44	15	0	40	S	A
Dertona.	44	0	30	40	0	14	A	S
Dulcignum.	43	5	43	30	0	37	S	A
Drepanum Siciliæ.	36	20	37	0	0	11	S	A
Dreſda miſniæ.	51	0	23	45	0	43	A	S
Dyrrhachium Macedoniæ.	40	50	45	0	0	43	S	A
Eboraceum Scotiæ.	57	0	17	40	1	6	A	S
Eiſlebia.	51	46	32	30	0	7	A	S
Epheſus metropolis Ioniæ.	37	40	57	40	1	14	S	A
Epidaurus.	36	25	51	45	1	10	S	A
Eſordia Turingiæ.	51	10	34	0	0	1	A	S
Eſlinga Imperialis.	48	35	30	0	0	17	A	S
Ettemburgum Scotiæ.	57	13	19	0	1	1	A	S
Famaguſtha, olim Salamis.	35	10	66	45	2	10	S	A
Fanum.	43	40	35	40	0	6	S	A
Fauentia.	43	30	35	20	0	4	S	A
Ferraria.	44	23	33	5	0	5	A	S
Feſſa Aphricæ.	34	40	34	30	1	55	A	S
Flandria.	52	30	22	45	0	46	A	S
Florentia Hetruriæ.	43	4	34	30	0	1	S	A
Forum liuij. Forli.	43	40	33	20	0	4	A	S
Forum Sempronij. Foſſenbron.	43	30	34	[illegible]	0	2	S	A
Forum Cornelij Imola.	43	30	34	42	0	2	S	A
Forum Flaminij. Foligho.	42	40	36	[illegible]	0	7	S	A
Forum Iulium Hiſtriæ, Frigoli.	45	0	35	20	0	4	S	A
Finis terræ.	44	2	4	[illegible]	1	59	A	S
Francfordia Germ. Empor.	50	12	30	30	0	15	A	S
Francsfordia ad Oderam.	52	33	37	30	0	13	S	A
Friburgum. Miſniæ.	50	58	30	39	0	14	A	S
Friburgum Heluetiæ.	47	45	28	12	0	2	A	S
Friburgum Briſgeæ Rhetiæ.	48	13	28	0	0	25	A	S
Gaieta.	40	50	38	20	0	16	S	A
Gallipolis, vel Calliopolis.	41	30	45	10	0	44	S	A
Gandauum Flandriæ.	51	24	25	18	0	36	A	S
Geneua Sabaudiæ.	45	30	26	16	0	32	A	S
Genua Italiæ.	43	50	30	30	0	15	A	S
Genua Heluetiæ.	46	0	23	0	0	45	A	S
Geldria, aut Ghceldere.	52	20	27	40	0	26	A	S
Grauina.	41	15	43	10	0	30	S	A
Granata Hiſpaniæ.	37	50	10	50	1	34	A	S

Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridiani habenda.

Nomina Ciuitatum, & locorum.	Latitudo. G	l	Longitudo. G	l	Dffer. tēpoi.	l	Inmo. Pla.	naſpecti.
Gæppinga.	49	37	30	0	0	17	A	S
Gorlicium Sleſiæ.	51	0	34	45	0	2	S	A
Golmona Pomeraniæ.	54	6	33	54	0	1	A	S
Gotlandia Inſula.	60	0	48	0	0	54	S	A
Hadriano polis Bulgariæ.	42	45	52	30	1	13	S	A
Haphia Daniæ.	57	20	36	15	0	7	S	A
Hamburgum Holſatiæ.	54	24	30	15	0	16	A	S
Hamaria Nouergiæ.	60	0	31	45	0	10	A	S
Halbeitadium Saxoniç.	52	11	35	20	0	4	S	A
Herbipolis Franconiæ.	49	58	30	30	0	15	A	S
Hieroſolyma.	31	40	66	0	2	7	S	A
Hiberniæ, ſeu Irlandiæ medium.	57	0	12	0	1	29	A	S
Hydruntum, vulgo Otronto.	41	26	45	20	0	44	S	A
Ingloſtadium Bauariæ.	48	42	31	20	0	12	A	S
Iuliacum. Gulich.	52	0	27	30	0	27	A	S
Lanzanum.	47	40	35	30	0	5	S	A
Landiæ medium.	57	0	7	30	1	47	A	S
Lacedemon Sparto.	35	30	50	15	1	4	S	A
Laodicea Rhamata.	39	40	68	30	2	17	S	A
Leoburgum Saxoniæ.	54	10	28	2	0	25	A	S
Leoburgum Ruthenıæ. Leopolis.	50	33	48	45	0	58	S	A
Leodium Iuliaci Ducatus.	50	51	28	0	0	25	A	S
Liburnus. Liuorno.	42	12	33	10	0	4	A	S
Lincopia Suetiæ.	61	8	38	0	0	14	S	A
Londinum Angliæ, Londra.	52	30	19	15	1	0	A	S
Louanium Brabantiæ.	51	0	26	45	0	30	A	S
Lubecum Saxoniæ.	54	48	34	0	0	1	A	S
Lucca.	42	40	32	40	0	6	A	S
Lugdunum Galliæ. Lion.	45	40	24	0	0	41	A	S
Lundis Gotthiæ.	57	23	41	30	0	29	S	A
Luneburgum.	54	40	34	20	0	0		
Lucerna Heluetiæ.	46	[illegible]	26	0	0	[illegible]	A	S
Lypſia Miſniæ.	51	25	34	45	0	2	S	A
Lysbona Portugalliæ.	39	30	5	10	1	56	A	S
Machlinia Brabantiæ.	51	15	26	50	0	3	A	S
Maguntia Imperialis.	50	8	30	0	0	17	A	S
Magdeburgum Saxoniæ.	52	20	34	3	0	1	S	A
Mantua.	44	30	32	20	0	8	A	S
Marſilia Galliæ. Narbo.	43	6	24	30	0	39	A	S
Manfredonium Sipontus.	40	45	42	50	0	34	S	A
Maioricæ Inſula, Mailorca.	39	35	18	2	1	3	A	S
Marpurgum Haſſiæ.	51	0	30	10	0	16	A	S
Mediolanum.	44	36	30	20	0	16	A	S

Cata-

Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridiani habenda.

Nomina Ciuitatum, & locorum.	Latitudo. G	Latitudo. 1	Longitudo. G	Longitudo. 1	Differ. tépor. H	Differ. tépor. 1	Immo.Pla.	Inaſpecti.
Meſſana Siciliæ.	38	50	42	46	0	34	S	A
Mildeburgum Franconiæ.	49	44	26	34	0	31	A	S
Minoricæ Inſula, Menorica.	40	10	19	30	0	59	A	S
Mons Peſſulanus Gall. Monpelier.	43	25	20	30	0	55	A	S
Mons Regius Boruſſiæ.	54	17	46	45	0	50	S	A
Mons Reg. Franc. patria Io. Regiomon.	50	16	31	0	0	13	A	S
Mutina.	44	0	32	40	0	6	A	S
Narbona Galliæ.	43	0	19	20	1	0	A	S
Nantes Britanniæ.	48	12	16	20	1	12	A	S
Neapolis Italiæ.	41	0	40	10	0	24	S	A
Neapolis Auſtriæ. Neuſtat.	47	54	38	0	0	15	S	A
Nebia Corſicæ.	40	40	27	30	0	27	A	S
Neoburgium ad Danubium.	48	42	31	45	0	10	A	S
Neoburgium Turingiæ.	51	20	32	0	0	9	A	S
Nola Campaniæ.	40	45	40	15	0	24	S	A
Nouaria.	44	30	30	30	0	15	A	S
Nicea, vbi concil. celebratum.	41	40	57	0	1	31	S	A
Nidroſia Nouergiæ.	60	50	39	45	0	22	S	A
Nigroponti Inſula.	38	15	53	40	1	18	S	A
Norimberga Imperialis.	49	24	31	10	0	12	A	S
Nurſia Italiæ. Norſia.	42	44	38	0	0	15	S	A
Onolſpachium.	49	33	32	0	0	9	A	S
Ortonum.	43	15	40	42	0	41	S	A
Orchades Inſulæ.	61	40	21	0	0	53	A	S
Ottinga inferioris Sueuiæ.	48	53	28	3	0	25	A	S
Panormus, Palermo.	37	0	37	0	0	11	S	A
Parpineana Gall. Perpigna.	42	40	18	30	1	3	A	S
Parentium.	44	55	35	20	0	4	S	A
Patauium Bauariæ.	48	28	34	0	0	1	A	S
Patauia Germaniæ.	47	40	34	0	0	1	A	S
Patauium Italiæ. Padua.	45	10	33	30	0	3	A	S
Papia Italiæ.	44	20	31	0	0	13	A	S
Pampelon, ſeu Pampilona.	42	50	15	0	1	17	A	S
Pariſius, olim Lutetia.	48	45	23	15	0	44	A	S
Parma Italiæ.	43	30	32	30	0	7	A	S
Peruſia.	42	56	36	50	0	10	S	A
Piſaurum, Peſaro.	43	45	36	30	0	9	S	A
Piſtorium. Piſtoia.	43	0	33	20	0	4	A	S
Piſæ Hetruriæ.	42	38	32	40	0	6	A	S
Placentia.	44	0	31	50	0	10	A	S
Portugalla, Portugallo.	40	45	5	4[illegible]	1	55	A	S
Potentia.	40	15	40	40	0	26	S	A

Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridiani habenda.

Nomina Ciuitatum, & locorum.	Latitudo.		Longitudo.		Differ. tépor.		Inmo. Pla.	Inaſpecti.
	G	1	G	1	H	1		
Pola, Iulia pietas.	44	50	36	45	0	10	S	A
Praga Bohemiæ.	50	6	34	30	0	1	S	A
Prugis Bohemiæ.	50	18	33	20	0	4	A	S
Raguſia Dalmatiæ.	43	30	42	14	0	32	S	A
Ratisbona Imperialis.	48	56	29	50	0	18	A	S
Rauennæ Italiæ.	44	2	34	40	0	2	S	A
Rhecanatum.	43	22	40	0	0	23	S	A
Regium Iulium Calabriæ.	38	15	43	10	0	36	S	A
Regium lepidi Lombardiæ.	43	30	32	30	0	7	A	S
Rhodus Inſula.	36	0	58	0	1	34	S	A
Riga Liuoniæ.	59	0	53	45	1	18	S	A
Rodes Franciæ. Segoudnum.	45	15	22	0	0	49	A	S
Remis Galliæ.	48	45	22	15	0	48	A	S
ROMA.	42	4	40	20	0	24	S	A
Roſtochium Mech.duc.	54	36	34	0	0	1	A	S
Rothomagus Normandiæ.	49	0	21	15	0	52	S	A
Salmantica Hiſpaniæ.	41	20	8	32	1	43	A	S
Salueldia Tur.	50	46	33	45	0	2	A	S
Salernum Italiæ.	40	50	40	20	0	24	S	A
Salisburgium Beiariæ.	47	44	35	15	0	4	S	A
Sardiniæ inſulæ medium.	38	0	31	0	0	13	A	S
Sauona Italiæ.	43	30	29	10	0	20	A	S
Saloniana Dalmatiæ.	44	30	39	50	0	22	S	A
Scutara Dalmatiæ.	44	0	40	20	0	24	S	A
Scotiæ Inſulæ medium.	57	0	18	0	0	25	A	S
Segnia Illyr.	44	45	37	45	0	14	S	A
Seleſtadium Halſatiæ.	48	22	24	6	0	41	A	S
Senæ Hetruriæ. Siena.	42	50	35	30	0	5	S	A
Sibilla Hiſpaniæ Hiſpalis.	37	0	6	36	1	52	A	S
Sibinicum Dalmatiæ.	44	20	38	42	0	18	S	A
Siracuſa, Saragoſa.	37	15	40	30	0	25	S	A
Sora.	41	20	38	20	0	16	S	A
Spoletum Italiæ.	43	15	39	45	0	22	S	A
Spira Imperialis.	49	20	28	4	0	22	A	S
Sterinum Pomeraniæ.	54	0	37	4	0	1-	S	A
Stocholma Suetiæ.	60	40	46	0	0	46	S	A
Sueſſa Italiæ. Seſſa.	41	30	42	0	0	31	S	A
Sulmo Italiæ, vbi Ouidius.	40	0	43	50	0	38	S	A
Tarentum, vulgo Taranto.	41	15	43	15	0	36	S	A
Taruiſium Italiæ.	45	30	33	35	0	3	A	S
Tibur Italiæ. Tiuoli.	42	0	40	30	0	25	S	A
Toletum Hiſpaniæ.	41	0	10	30	1	35	A	S

Cata-

Catalogus Ciuitatum pro differentia Meridiani habenda.

Nomina Ciuitatum, & locorum.	Latitudo. G	Latitudo. '	Longitudo. G	Longitudo. '	Differ. tépori. H.	Differ. tépori. '	In mo. Pla.	In aſpecti.
Tholoſa Galliæ.	43	30	18	0	1	5	A	S
Thyle Inſula.	63	0	33	0	0	5	S	A
Taurinum Pedemontij.	44	40	29	30	0	19	A	S
Tergeſtum Colonia. Trieſt.	35	14	35	16	0	4	S	A
Tigurum Heluetiæ.	46	45	26	36	0	31	A	S
Thebæ Aphricæ.	29	30	62	30	1	53	S	A
Thunetum, ſeu Thuniſſa.	32	30	33	0	0	5	S	A
Tubinga Vvittemb. Ducat.	48	35	29	45	0	18	A	S
Turonia.	47	20	19	45	0	58	A	S
Traiectum Hiſlandiæ.	52	16	27	34	0	27	A	S
Treueris.	49	55	28	0	0	25	A	S
Tridentum, vulgò Trento.	45	18	31	42	0	10	A	S
Trutauia Franconiæ.	49	46	28	18	0	24	A	S
Valentia Hiſpaniæ.	36	10	12	40	1	26	A	S
Vallis Oletana. Valladolit.	42	20	9	0	1	41	A	S
Velitrum.	41	0	35	0	0	3	S	A
VENETIAE.	45	15	34	30	0	0		
Verona.	45	16	32	45	0	6	A	S
Vercellæ.	44	12	29	50	0	18	A	S
Vicentia.	44	55	33	0	0	5	A	S
Vienna Galliæ.	45	12	22	30	0	47	A	S
Vienna Auſtriæ.	47	42	38	0	0	15	S	A
Vienna Pannoniæ.	48	22	38	0	0	15	S	A
Viterbium Italiæ.	42	15	39	0	0	19	S	A
Vilda Lithuaniæ.	54	30	53	15	1	15	S	A
Vlma inferioris Sueuiæ.	48	26	30	20	0	16	A	S
Volaterra Italiæ. Volterra.	42	40	33	50	2	2	A	S
Vrbinum.	43	4	34	30	2	1	S	A
Vratiſlauia Sleſiæ.	51	10	38	15	0	16	S	A
Vtinum, ſeu Vtinis.	46	30	35	0	0	3	S	A
Vvittemberga Saxoniæ.	51	50	35	5	0	3	S	A
Vuormatia Imperialis.	49	44	28	30	0	23	A	S

Vera ſingulorum planetarum, capitiſque draconis loca ad quoduis datum temporis momentum duplici modo inuenire. Cap. 9.

SVpra diximus, omnes motus planetarum in Ephemeridibus notatos ad meridiem completum illius diei, cui adiacent, referendos eſſe. Verum cum planetæ ipſi ſiue in conſequentia Zodiaci, ſiue contra ſignorum ordinem diſcurrant, continuò, ſingulisq; momẽtis temporis locum ſuum in Zodiaco permutent; conueniens eſt certum tradere modum, vt ad quamuis horam, horęvè momentum habere poſſimus verũ ſingulorum planetarum motum: hoc eſt in quibus alicuius ſigni partibus, & ſcrupulis ad illud tempus planeta quilibet inueniatur. Duos igitur modos docebimus, vt id abſq; longa operatione deprehẽdatur.

Primus modus.

PRimus modus per Sexagenariam Tabulam à nobis primum excogitatus talis eſt.

Primò inquiras motum planetæ diurnum, hoc eſt quantum ſpatio vigintiquatuor horarum proprio motu in ſignifero abſoluit: hũc diurnum motum explorabis per ſubtractionem loci planetæ ad diem triũ in Ephem. notati à loco eiuſdem planetæ ſubſequentis diei; ſi planeta fuerit directus (quod probè cognoſces ſi in ſequenti die locum planetę in numeris auctum videbis, vel quod in ſubſequens ſignum transferatur) vice autem verſa facies, cum planeta fuerit retrocedens, (quod patet quando ſubſequentis diei motus in gradibus, aut ſcrupulis minuitur, vel quod in præcedens ſignum mutetur, & etiam ex litera ℞ ſupra dies tuos inuenta cognoſcitur) ſubducendo locum planetæ ſequentis diei à loco tui diei, & quicquid ex ſubtractione hac relinquetur, erit diurnus motus planetæ quæſitus.

Verùmtamen non minimam difficultatem habendi diurnum motum planetæ variatio ſigni tyronibus parere ſolet, quæ quidem dupliciter euenire poteſt. Primo quando planeta exiens de vno ſigno incidit in ſignum immediatè ſequens, & tunc planeta directus eſt, & vt haberi poſſit diarius motus, addendi ſunt triginta gradus loco planetæ diei ſequentis, ſubducendo locum diei tui à loco diei ſequentis. Secundò quando planeta retrogradus relicto ſuo ſigno incurrit in ſignum præcedens, & tunc addendi ſunt ſimiliter triginta gradus loco planetæ tui diei, à quo tamen ſubducendus eſt locus diei ſequentis, vt diurnus motus prodeat.

Secundò horas tuas, atque ſcrupula, quibus loca planetarum ſupputare intendis ad proportionem ſexagenariam aptabis, & hoc duplici modo poteris; vel ex canone decimo noſtrarum Tabularum Secundi,

motus, in quo exhibemus Tabulam conuerſionis horarum, & ſcrupulorum horæ in ſcrupula diei, quorum ſexaginta complent diem, quam Tabulam hic transferre noluimus, in quam fit ingreſſus primo cum horis, deinde cum minutis colligendo cum his in vnam ſummam minuta diei, & ſecunda. Aliter etiam vertere potes ſuas horas in ſcrupula diei, abſque illa tabula in hunc modum: Dupla horas, & ſcrupula, & earundem etiam ſume dimidium, & omnia in vnam redige ſummam; ſic enim producentur ſcrupula dierum in proportione ſexagenaria, quæ hanc ſortientur denominationem. Primus ordo numerorum erit ſcrupulorū primorum, ſeu minutorum, ſecundus ſecundorum, & reliquas deinde fractiones adhærentes negligimus, ne calculum turbent.

Tertiò collocabis hos numeros ad operationem inquiſitionis partis proportionalis per Sexagenariam Tabulam, ſcribendo primo motum diurnum planetæ, & ſub illo tempus ſuum in ſexageſimis dierum commutatum, & de ſingulis numeris diurni motus accipies partē congruētem ſingulis numeris tui temporis in area Tabulæ Sexagenariæ obſeruando congruam eorum denominationem, & debitè ſingulos ſub eiuſdem generis numeros notando, quorū omnium aggregatum erit motus conueniens planetæ pro illis horis & minutis. Quē motum vbi addideris loco planetæ in meridie diei, cuius ſunt horæ, ſi planeta fuerit directus. Vel contrà ſi ab eodem detraxeris, quando fuerit retrogradus, confeſtim produces verum locum eius in Zodiaco ad horam quęſitam, horæque momentum.

Exemplum.

SInt inquirenda loca planetarum ad annum Domini 1600. die 12. Iulij horis 6.28′. ab occaſu, quæ ſunt horæ 14.4′. poſt meridiem, & primò quidem ſit ſupputandus locus Solis. Primò igitur produco motū diurnum Solis ſubducendo motum diei duodecimi à motu diei 13. vt hic apparet.

	G	′	″	
♋	20	48	5	locus ☉ diei 13.
	19	50	46	locus Solis diei 12.
	0	57	19	motus diurnus Solis.

Deinde reduco tempus ad ſexageſimas dierum duplando ipſum, & accipiendo dimidiam partem, vt hic.

H	′	
14	4	Numerum horarum duplicatus.
14	4	
7	2	Dimidium numeri horarum.
35	10	Summa omnium, hoc eſt tempus redactum ad ſexageſimas dierum.

Horæ igitur 14. 4′. quarum 24. complent diem, faciunt ſcrupula 35′. 10″. quorum ſexaginta faciunt integrum diem. Iam hæc omnia rectè diſpoſita producunt partẽ proportionalem ex Sexagenaria Tabula, iuxta documentum traditum in vſu ipſius Sexagenariæ Tabulæ, quæ pars proportionalis eſt motus Solis competẽs illis horis, & minutis, cui additus locus Solis in meridie aſſumpti diei, cõſtituit locum verum eiuſdem ad horam datam, vt hic obſeruare potes.

Calculus loci Solis.

P	′	″	‴	
0	57	19		motus diurnus Solis.
	35	10		ſcrupula temporis.
	33	15		35 minuta temporis per 57 minuta motus diurni Solis.
		11	5	35 minuta temporis per 19 ſecunda motus diurni Solis.
		9	30	10 ſecunda temporis per 57 minuta motus diurni Solis.
			3	10 ſecunda temporis per 19 ſecunda motus diurni Solis.
	33	35	38	motus Solis congruens horis 14.4′.
♋ 19	50	46		locus Solis in meridie diei 12. addendus.
♋ 20	24	21	38	verus locus Solis ad horã 14.4′.p.m.diei 12.

Calculus loci Lunæ.

P	′	″	‴	
♌ 26	21			locus ☽ diei 13.
♌ 13	33			locus Lunæ diei 12.
12	48			motus diurnus ☽
	35	10		ſcrupula temporis.
7	0			35 minuta temporis per 12 gradus motus diurni ☽
	28	0		35 minuta temporis per 48 minuta motus diurni ☽
	2	0		10 ſecunda temporis per 12 gradus motus diurni ☽
		8	0	10 ſecunda temporis per 48 minuta motus diurni ☽
7	30	8	0	motus ☽ congruent h.14.4′.
♌ 13	33			locus ☽ in meridie diei 12.addendus.
♌ 21	3	8		verus locus ☽ ad horam 14 4′.p.m.diei 12.

Cal-

Calculus loci veri ♄.

	P	′	″	
♎	2	19		locus ♄ diei 13.
	22	17		locus ♄ diei 12.
		2		motus diurnus ♄.
		5	10	ſcrupula temporis.
		1	10	35 minuta } tẽporis per ſecunda minuta diurni
			0	10 ſecunda } motus ♄.
		1	10	motus ♄ congruens horis 14.4′.
♎	22	17		locus ♄ diei 12.
	22	18	10	verus locus ♄ ad horam 14.4′.p.m.diei 12.

Calculus loci ♃.

	P	′	″	
♌	23	10		locus ♃ ad diem 13.
	22	58		locus ♃ ad diem 12.
		12		motus diurnus ♃.
		35	10	ſcrupula temporis.
		7	0	35 minuta } temporis per duodecim minuta diur
			2	10 ſecunda } ni motus ♃.
		7	2	motus ♃ congruens h.14.4′.
♌	22	58		locus ♃ diei 12.
♌	23	5	2	verus locus ♃ ad diem 12. & horam 14.4′.p.m.

Calculus loci ♂.

	P	′	″	
♍	20	6		locus ♂ ad diem 13.
	10	30		locus ♂ ad diem 12.
	0	36		motus diurnus ♂.
		25	10	ſcrupula temporis.
		21	0	35 minuta } temporis per 36. minuta diurni mo
			6	10 ſecunda } tus ♂
		21	6	motus ♂ pro horis 14.4′.
♍	19	30		locus ♂ ad diem 12.
♍	19	51	6	verus locus ♂ h.14.5′.p.m.diei 12.

Calculus loci ♀.

	P	'	''	
♊	29	20		locus ♀ diei 13.
	28	7		locus ♀ diei 12.
	1	13		motus diurnus ♀.
		35	10	ſcrupula temporis.
	0	35		35 minuta } temporis per { 1 gradus } diurni motus ♀
		7	35	35 minuta } temporis per { 13 minuta
		0	10	10 ſecunda } per { 1 gradus
			2	10 ſecunda } per { 13 minuta
	0	42	47	motus ♀ pro horis 14.4'.
♊	28	7		locus ♀ ad diem 12.
♊	28	49	47	Verus locus ♀ ad horam 14.4'.p.m. diei 12.

Calculus ☿

	P	'	''	
♋	6	12		locus ☿ ad diem 13.
	4	32		locus ☿ ad diem 12.
	1	40		motus diurnus ☿.
		35	10	ſcrupula temporis.
	0	35		35 minuta } temporis per { 1 grad. } motus diurni ☿
		23	20	35 minuta } temporis per { 40 min.
		0	10	10 ſecund. } per { 1 grad
			7	10 ſecunda } per { 40 min.
	0	58	37	motus ☿ pro horis.14 4'.
♋	4	32		locus ☿ ad diem 12.
♋	5	30	7	Verus locus ☿ ad h. 14.4'.p.m.diei 12.

Calculus ☊

	P	'	''	
♑	21	0		locus ☊ diei 12.
	20	56		locus ☊ diei 13.
		4		motus diurnus ☊ in præcedentia.
		35	10	ſcrupula temporis.
		2	20	35 minuta } temporis per 4. minuta diurni motus ☊
			1	10 ſecunda }
		2	21	motus ☊ pro h.14.4' cõferendus à loco diei 12
♑	21	0		locus ☊ diei 12.
		2	21	
♑	20	57	39	locus ☊ ad diem 12.h.14.4'.p.m.

Hunc

Hunc igitur ☊ calculum abſoluimus aliter, quàm aliorum planetarum. Nam quia caput ſemper procedit contra ſignorũ ordinẽ, auferimus locum diei 12. a loco diei 13. pro habendo vero motu diurno capitis, motus verò ipſius competens horis 14. 4. ſubducendus eſt à loco diei 12. vt ſupra monuimus fieri in planetis retrogradis. Cognito loco ☊ ad horam datam, facillimè locus ☋ dabitur, nimirum in diametro ipſius, hoc eſt in gradibus 20.57′.39″. ♋

Cęterum quando ſumma horarij motus, & loci planetæ in meridie aſſumpti diei excreuerit 30. gradus, tunc detractis 30. gradibus, aſſigna locum planetæ in illis gradibus & ſcrupulis, quæ ſuperſunt, non illius ſigni, quod in meridie aſſumpti diei tenebat planeta, ſed ſubſequentis ſigni. Similiter quando planeta retrogradus reperitur in initio alicuius ſigni ad meridiem ſumpti diei, & in ſubſequenti die verſatur in fine præcedentis ſigni, quo caſu pars proportionalis congruens tuis horis, & minutis demenda eſt à loco diei prioris; tunc quando ſubtractio fieri nequit, addere oportet 30. gradus, & quod inde relinquitur, capiendum eſt pro loco planetæ non in ſigno prioris diei, ſed in præcedente ſigno, vt hoc exemplo percipies, ſit inquirendus verus locus ☿ ad diem 21. Ianuarij hora 14. m. 4. p. m. anno 1601. quod tempus in ſcrupula dierum 35.10. vt etiam ſupra conuertitur. Huius calculus talis erit.

S	P	′	″	
♒	0	6		locus ☿ ad diem 21.
♑	9	14		locus ☿ ad diem 22.
	0	52		motus diurnus ☿ in præcedentia.
		35	10	ſcrupula temporis.
		30	20	35 minuta } temporis per 36. minuta diurni mo-
			9	10 ſecunda } tus ☿
		0	29	Pars competens h. 14. 4 ſubtrahenda.
♒	0	6		Locus ☿ ad diem 21. a quo ſubtrahitur.
		30	29	Pars competens h. 14. 4′.
♑	29	35	31	verus locus ☿ h. 14 4′ p. m. diei 21.

Secundus modus.

SEcundo modo planetæ ſupputantur ad quamlibet horam, vel ſcrupulum per Tabulas noſtras proportionales horarij motus, idq́ue citiſſimè, citraq́ue laborem vllum, cuius modus eſt, vt inuenias motum planetæ diurnum, quemadmodum ſupra in altero modo docuimus: deinde ingredere Tabulam proportionalẽ horarij motus cuique planetę aſſignatam,

gnatam,& obſeruato hoc motu diurno in fronte eiuſdem, capies cum horis & ſcrupulis à latere repertis motum planetæ illis horis,& ſcrupulis congruentem in angulo communi, & hunc adde loco planetæ ad meridiem illius diei in Ephemeri reperto, ſi directus ſit planeta: vel ab eodem auferens, ſi regreſſum patitur iuxta cautiones in ſuperiori modo pertractatas, & habebis locum planetæ ad tuas horas, & ſcrupula ſatis exactè competentem.

Illud tamen aduertendum eſt circa Tabulam Solis, ꝙ quando preter horas aliqua inſuper minuta habes, lateralis ingreſſus duplicatur. Primò enim ingredi debes cum horis, poſtea cum minutis. Verùm quando nec horas præcisè inueneris, capies numerum horarum proximè minorem ſcribendo ſeorſum quicquid in angulo Tabulę illi numero adhęret de motu horario: deinde cum reſiduo ad complementum ſuarum horarum quidquid capies in eadem area Tabulæ, collocabis ſub primò inuento motu; hoc eſt ſcrupula ſub ſcrupulis, ſecunda ſub ſecundis &c. Poſtremò ingredere cum ſcrupulis ſimpliciter, vel dupliciter, pro vt ipſa in Tabula expreſſa animaduertes, & ſumes motum ipſis in area Tabulæ aſſignatum, quem ſub prioribus numeris cū horis deſumptis ſcribes; ita tamen, vt ſcrupula ſub ſcrupulis, & ſecunda ſub ſecundis reponantur. Etenim quando dictam Tabulam ingredimur cum horis, primus ordo numerorum in area inuentus eſt partium ſeu graduum, ſecundus minutorum, tertius ſecundorum, deinde quando ibidem cum ſcrupulis iterum ingredimur, permutantur denominationes illarum columnarum, & primus ordo eſt minutorum, ſecundus ſecundorum, tertius tertiorum, quod monuiſſe tyrones non inconueniens fuit, quàmuis etiam hoc in fronte Tabulæ conſpiciatur.

In Tabulis verò reliquis, quæ ſingulis planetis deſeruiunt (nō excluſo etiam Sole, quando eius motum ad integra tantum ſcrupula abſque ſecundis inquirere volumus) fit ſimplex introitus lateralis cum horis, & ſcrupulis ſimul, inueniendo horas in ſerie numerorum maiorum, & mox ſcrupula in minoribus numeris, accipiendo tamen proximiora datis ſcrupulis: ſi quidem ſcrupula in Tabulis ſingulis præter Lunaré ſcribuntur de 20. in 20. cum planeta parum de motu ſuo variet pro 20. minutis temporis, nec vnquam excedit duo ſcrupula differentia, quæ 20. ſcrupulis horæ conſurgit, quare vti potes parte proportionali, ſi ſcrupuloſè planetas calculare ſtatuis. Quod quidem admoneo in motu Lunæ; nam cum in eius Tabula ſcrupula temporis ſecundum denarium numerum excreſcāt, capies proximè minora ſcrupula ſub ſuis cōgruis horis, & pro ſingulis duobus ſcrupulis, quæ in Tabula non inueneris addes vnum minutum numeris, qui cum proximè minoribus horis, & minutis in area excerpitur: Nam ſemper ferè ſingulis decem ſcrupulis temporis competunt quinque minuta de motu Lunæ. Sed repetendo

do ſuperiora exempla omnia hæc clariora fient. nimirum iuxta hunc ſecundum modum ſupputando vera planetarum loca ad annum Domini 1600.die 12.Iulij h.14.4.′poſt meridiem.

Calculus loci ☉.

	g	′	″	
♋	20	48	5	Locus Solis diei 13.
	19	50	46	Locus Solis diei 12.
	0	57	19	Motus diurnus inquirendus in fronte Tabulæ proportionalis horarij motus ☉.
	0	23	52	Motus pro horis 10. } in dicta Tabula ſumpti.
	0	9	33	Motus pro horis 4.
		0	10	Motus pro min.4.
	0	33	35	Motus competens h.14.m.4.
♋	19	50	46	Locus ☉ in meridie diei 12.
♋		20	21	Locus Solis ad diem 12.h.14.4′.p.m.

Quòd ſi per alteram Tabulam horarij motus cæteris planetis cõmunem Solem ſupputare vis; inuento diurno motu Solis in fronte eius, nempe min.57.à latere cum horis 14.excipies min.33.addenda loco ☉ ei 12.vt conſtet locus verus Solis ad horam propoſitam in gr.20.24′. ♋,relictis ſecundis.

Calculus Lunæ.

Diurnus motus Lunæ ſupra fuit collectus gr.14.48′.hunc inuenio in fronte Tabulæ proportionalis motus horarij Lunæ, & cum horis 14.in numeris maioribus à latere repertis colligo gr. 7. 28′. ſuperſunt 4.minuta temporis,pro quibus accipio min.2.de motu Lunæ,& prouenit motus ☽ pro horis 14 4′.quem ſimul cum loco Lunæ diei 12.coniungo vt prodeat locus ☽ ad datam horam,vt hic.

S	g	m.	
♌	26	21	Locus Lunæ diei 13.
♌	13	33	Locus ☽ diei 12.
	12	48	Motus diurnus Lunæ,cum quo capitur
	7	28	Motus Lunæ ad h.14.cui additur
		2	Motus competens pro min.4.temporis.
	7	36	Motus ☽ pro hor.14.4′.
♌	13	33	Locus ☽ diei 12.
♌	21	3	Verus locus Lunæ ad momentum propoſitum.

Si-

Simili modo reliqui planetæ ſupputantur ad horam datam, & faciliùs quidem, quàm, vt dici poſſit. Exempli gratia diurnus motus ♀ eſt gr. 1. 13′. vt ſupra, quo in fronte Tabulæ obſeruato, cum horis 14. capio mi. 43. addenda loco ♀ diei 12. qui eſt gr. 28. 7. ♊. vt prodeat verus locus ♀ ad horam propoſitam in gr. 28. 50. ♊. ſicut in primo modo.

Lunæ latitudinem per propriam eius tabellam explorare. *Caput* 10.

CErtum eſt ex Sphærica planetarum doctrina, Solem ſub Ecliptica perpetuò decurrere: reliquos autem planetas nunc verſus Auſtrum, nunc verſus Boreã ab hoc Solari itinere recedere, interdum in ipſa etiam Ecliptica verſari. Quam quidem ſtellarum ab Ecliptica elõgationem artifices Latitudinem dixerunt, & habent vtrinque certã ſinguli errones, ac deſignatam metam, vt fuſiùs in primo tractatu c. 18. diximus. Quare nunc loci tantùm docebimus, quomodo Lunæ Latitudo cognoſcatur. Pro Latitudine ergo Lunæ inueniẽda, conſtructa fuit quędam Tabella, cuius vſus eſt, vt primò capias ex Ephemeridibus ad tẽpus tuum propoſitum tam Lunæ, quàm nodi Borei ſeu ☊ verũ motum. Secũdò inquiras diſtantiàm Lunæ à ☊ in ſignis, gradibus, & minutis. quod fiet numerando primùm diſtantiã vtriuſque ab initio ♈. & facillimè quidem per hãc Tabellam, quæ reſoluit ſigna in ſuos numeros, & oſtendit, quot ſigna integra præcedunt ſignum datũ facto initio ab ♈.

Signa	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
Numeri	0	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11

Tertiò ſcribatur in primo ordine numerus ſigni Lunæ ex hac tabella depromptus: deinde gradus, & minuta illius ſigni, in quibus ☽ verſatur: & hoc idẽ de ☊ facies, reponẽdo ſigna ſub ſignis, gradus ſub gradibus, & ſcrupula ſub ſcrupulis. Quartò ſubducas motum ☊ à motu ☽ additis loco Lunæ 12. ſignis, ſi commodè ſubtractio abſolui non poteſt, & quod ex hac detractione proueniet, erit diſtantia Lunæ à ☊, quæ in Tabulis motuum dicitur Anomalia, vel Argumentum Latitudinis Lunę. Poſtremò cum hoc Argumento ingredere Tabellam Latitudinis ☽, quærendo ſignum in fronte, vel in calce eius, & cum tibi in fronte ſignũ offenditur cape gradus Argumenti à latere ſiniſtro deſcendentes: ſed ſi ſignum eſt in calce Tabulæ, gradus in parte dextra aſcendentes inquiras, & angulus communis è directo graduum vtroque modo repertus oſtendet tibi Latitudinem optatam. Cuius autem denominationis ea ſit, titulus tuo ſigno Argumenti appoſitus planè declarat.

Sed

Sed ſi Argumentum Latitudinis Lunæ vltra integros gradus aliqua ſcrupula obtinuerit, nec contentus fueris oblatæ Latitudinis integri gradus; ſed eam omnibus numeris abſolutam indagare cupis: tunc Latitudo integro gradui tuo adſcripta cõferatur cum Latitudine ſequentis gradus, & auferendo minorem à maiore, prodibit differentia Latitudinis, quæ vni gradui excreſcit.

Hæc autem collocetur ad operationem Tabulæ Sexagenariæ ſimul cum minutis Argumenti reliquis, & pars proportionalis inde exiens adijciatur Latitudini priùs cum integro gradu inuentæ, ſi ſequentis gradus Latitudo augeſcit. Vel contrà ab eodem tollatur, ſi poſterior Latitudo decreſcit, & habebis abſolutam Latitudinem.

Exemplum.

QVæritur Latitudo Lunæ ad diem duodecimum Iulij horis 14.4′. poſt Meridiem anno 1600. quo tempore ſupputatus fuit ex præcedente capite locus ☽ in gr.21.3′.8″ ♌ & locus ☊. in gr.20. 57′.39. ♑. Igitur ſignum ♌ in ſuperiori Tabella dat ſigna 4. quia ante ipſum computantur 4. integra ſigna, nempe ♈, ♉, ♊, ♋. ſcribo itaque primo loco ſigna quatuor, & mox gr.21.3′.8″. in quibus verſatur Luna huius ſigni ♌ nondum completi, ita vt ſit diſtantia ☽ à capite Arietis ſignorum 4 gr.21.3′.8″. Deinde pariter ſubſcribo diſtantiam ☊ ab eodem initio ♈, nempe ſignorum 9 gradus 20.57′.39″. nam ſignum ♑. quod tenet ☊, dat in eademmet ſuperiore Tabella ſigna 9. Facta vero ſubtractione loci ☊ à loco Lunæ addendo loco ☽. 12. ſigna relinquitur diſtantia Lunæ à ☊. quæ dicitur Argumentum Latitudinis Lunæ, hoc eſt ſign.7.gr.0.5′. 39″. cum quo quidem Argumento ingreſſus Tabulam Latitudinis Lunæ in fronte inuenio ſigna 7. & in latere ſiniſtro deſcendente gr.0. & angulus communis Latitudinem exhibet gr.2. 29′. 52″. cui titulus eſt Meridionalis deſcendens, cum ſupernè ſic notetur, ſed quia ſuperſunt ſcru.5′.39″. Argumenti, ideo acceptam differentiam ad ſequentem angulum excreſcentem (per ſubtractionem ſcilicet Latitudinis gr.0. à Latitudine gr.1.) quæ eſt ſcrup.4′.30″. cum ſcrupulis reſiduis Argumenti per Sexagenariam Tabulam duco, & elicitur pars proportionalis, quæ debetur ſcrupulis adhærentibus Argumento, ſcrup.0′ 25″. addenda ſcilicet priori Latitudini gr.0. & prodit Latitudo Lunæ vera g.2.30′.17″. Meridionalis deſcendens. Ecce autem calculi forma.

Verus

S	P	′	″	
4	21	3	8	Verus locus ☾.
9	20	57	39	Verus locus ☊ ſubtrahendus.
7	0	5	39	Diſt ☾ à ☊. ſeu Argum. latitudinis ☾.
	2	29	52	Latitudo ☾ deſumpta cum ſig. 7. gr. 0. mer. Deſc.
		4	30	Differentia excreſcens ſequenti gradui.
		5	39	Scrupula reliqua Argumenti.
		0	20	Scr. 5. Argum. cum min. 4. } Differentiæ.
			2	Scr. 5. Argum. cum ſecund. 30. } Differentiæ.
			3	Secunda 39. Arg. cum min. 4. } Differentiæ.
		0	25	Pars congruens fractionibus Argumenti add.
	2	29	52	Latitudo Lunæ primò inuenta addenda ſimul.
7	2	30	17	Vera latitudo ☾ Mer. Deſc. ad illud tempus.

Sequitur Tabula latitudinis Lunæ.

Tabu-

Tabula latitudinis Lunæ.

Septentrionalis Aſcendens.

Gradus argumenti	0			1			2			Gradus argumenti
	Meridionalis Deſcendens.									
	6			7			8			
	P	'	"	P	'	"	P	'	"	
0	0	0	0	2	29	52	4	19	43	30
1	0	5	14	2	34	22	4	22	18	29
2	0	10	27	2	38	50	4	24	49	28
3	0	15	41	2	43	15	4	27	14	27
4	0	20	54	2	47	37	4	29	34	26
5	0	26	7	2	51	56	4	31	50	25
6	0	31	19	2	56	11	4	34	0	24
7	0	36	31	3	0	24	4	36	6	23
8	0	41	42	3	4	33	4	38	6	22
9	0	46	52	3	8	39	4	40	2	21
10	0	52	2	3	12	42	4	41	52	20
11	0	57	10	3	16	41	4	43	37	19
12	1	2	18	3	20	36	4	45	17	18
13	1	7	24	3	23	28	4	46	52	17
14	1	12	29	3	28	16	4	48	21	16
15	1	17	33	3	32	0	4	49	45	15
16	1	22	36	3	35	40	4	51	4	14
17	1	27	37	3	39	17	4	52	17	13
18	1	32	36	3	42	49	4	53	26	12
19	1	37	34	3	46	17	4	54	29	11
20	1	42	30	3	49	42	4	55	26	10
21	1	47	24	3	53	2	4	56	18	9
22	1	41	16	3	56	17	4	57	4	8
23	1	57	6	3	59	29	4	57	45	7
24	2	1	54	4	2	36	4	58	21	6
25	2	6	39	4	5	38	4	58	51	5
26	2	11	23	4	8	37	4	59	16	4
27	2	16	4	4	11	30	4	59	35	3
28	2	20	42	4	14	19	4	59	49	2
29	2	25	18	4	17	4	4	59	57	1
30	2	29	52	4	19	43	5	0	0	0
Deſcendentes	5			4			3			Aſcendentes.
	Septentrionalis Deſcendens.									
	11			10			9			
	Meridionalis Aſcendens.									

Reliquorum

Reliquorum quinque planetarum Latitudinem ex Ephemeridibus colligere. Cap. II.

MOtum Latitudinis quinque planetarum ♄, ♃, ♂, ♀, & ☿, in calce cuiuſcunque menſis deſcripſimus ad certos aliquot dies, hoc eſt ad primum, vndecimum, & vigeſimum primũ; quoniam hic motus tardè fit, nec forma Ephemeridum admittit, vt ad ſingulos dies tabuletur, quemadmodum motus Longitudinis. Veruntamen ſatis commodè hunc Latitudinis motum in alios prætermiſſos dies congrua proportione diſtribuere poſſumus duplici modo, vt nunc dicemus.

Itaque cum ad aliquem intermedium diem, vel etiam ad horam cuiuſuis prætermiſſi diei planetæ Latitudo quæritur, ſic procede.

Primò aduerte intra quos dies, quorũ Latitudo in Ephemeridibus exprimitur, tuus aſſignatus dies intercipiatur, & differentia Latitudinis horum dierum inquiratur per ablationem minoris à maiore, quando ambæ Latitudines fuerint eiuſdem denominationis, ſcilicet Septentrionalis, vel Meridionalis: ſed quando fuerint contrariæ affectionis, ambæ Latitudines ſimul coniunctæ conſtituent differentiam quæſitã. Deinde conſidera numerum dierum inter tuas ſumptas Latitudines, qui erit, vt plurimum decem, vel vndecim, & interdum etiam 8. vel 9. vtpotè à 20. Februarij in initium Martij. Quibus habitis, duplici via ad exitum calculi peruenire potes.

Primus modus.

PRimò quidem per vulgatam regulam auream trium, diſponẽdo numeros ad proportionem ſic. Primum pones differẽtiam interceptorum dierum, ſecundò differentiam Latitudinis illorum dierum, tertiò loco differentiam dierum, & horarum temporis propoſiti à die proximè præcedenti, cuius Latitudo ſignata eſt in Ephemeridibus: nam vbi multiplicaueris ſecundum numerum in tertium, & productum per primum diuiſeris, confeſtim partem proportionalem produces addendam vel demendam à numero Latitudinis diei immediatè præcedentis tuum aſſumptum, diem, vel è conuerſo iuxta has cautiones.

Si

Si Latitudo ſequentis diei fuerit cum Latitudine præcedentis diei affectionis

- eiuſdem, vt ambæ vel
  - Septentrionales
  - Meridionales
  - & fuerit ſequens Latitudo
    - maior priore, additur
    - minor priore, aufertur
    - Pars proportionalis Latitudini prioris diei, & vtroq; modo prodibit quæſita Latitudo cum eodem titulo.
- Diuerſæ, vt
  - Prior ſeptẽtrionalis, & poſterior meridionalis tunc ſi pars proportionalis fuerit quàm prior Latitudo
    - Maior ſubtrahe numerum Latitudinis prioris à parte ipſa proportionali, & relinquetur quæſita Latitudo, cum ſubſequenti titulo, hoc eſt Meridionali.
    - Minor, ſubtrahe partem proportionalem ab ipſa Latitudine priore & prodibit quæſita Latitudo cum titulo eodem priore, nempe Septentrionali.
  - Prior meridionalis, & Poſterior ſeptẽtrionalis Tũc ſi pars proportionalis fuerit, quàm prior Latitudo
    - Maior, aufer numerum prioris Latitudinis ab ipſa parte proportionali, & habebis Latitudinem optatam cum titulo ſequenti, nempe Septentrionali.
    - Minor, deme partem proportionalem ab ipſa priore Latitudine, & confeſtim produces quæſitam Latitudinem cum titulo priore, hoc eſt Meridionali.

Secundus modus.

SEcundò abſoluere poteris calculum Latitudinis per Sexagenariam Tabulam per modum à nobis primùm excogitatum, aptando tuos numeros ad proportionem ſexagenariam per infraſcriptam Tabellam. Et modus eſt, vt obſerues in fronte eius numerum dierum, inter quos cadit tuus propoſitus dies: deinde inuenias à latere eius numerum dierum, & horarum differentiæ tui temporis a die immediatè præcedenti, & area Tabulę dabit tibi ſcrupula, quę eandemmet proportionem ad 60. habebunt, quàm propoſiti dies, & horę ad numerum dierum intermediorum habent. Quibus inuentis, & cum differentia Latitudinis intermediorum dierum ad Tabulam Sexagenariá ritè collocatis, factaque ſolita operatione, elicies partem proportionalem addendam vel minuendam iuxta cautiones ſuperiùs poſitas. Sed hanc rem perobſcuram varijs caſibus inuolutam abſque aliquot exemplis minimè pertranſeamus, quæ ſingulos caſus dilucidos reddant.

Primum exemplum.

QVæritur Latitudo Veneris ad diem 18. h. 12. p. m. menſis Apr. 1600. Primum inuenio hoc aſſumptum tempus intercipi inter diem 11. & 21. diem, pro quibus ponitur Latitudo in Ephemeridum calce: inter hos dies intercidunt decem dies, qui decem dierum numerus primum obtinere debet locum in operatione: deinde inueſtigo differentiam Latitudinis inter eoſdem ſignatos dies, ſubducendo minorem à maiore, cum ambæ eundem obſeruent titulum, vt hic.

G	m.		
1	6	Latitudo ♀ diei 21.	Ambæ Meridionales.
0	43	Latitudo ♀ diei 11.	
0	23	Differentia Latitudinis ſecundo loco collocanda.	

Tertium locum obtinere debet numerus dierum & horarum inter diem extremum proximè minorem, & horam diei propoſitam. Elicitur autem huiuſmodi numerus hoc modo.

D	H	
17	12	Tempus datum, quo quærenda eſt latitudo ♀
11		Dies proximè præcedentes ſubducendi.
7	12	Differentia tertio loco collocanda.

Iam

Iam ſic dico, Si dies decem dant Latitudinem min.23. quantam dabunt dies 7.h.12? Vel reſolutis diebus ad minimam denominationem, quæ eſt horarum multiplicando.ſ. primò dies decem per h.24. proueniunt h.240.& vltimo dies 7.p horas 24.producũt h.168.quibus additis reliquis 12.horis proueniunt horæ 180. Nunc ſic dico,ſi horæ 240. dant ſcrup.23.latitudinis,quantam dabunt horæ 180? Multiplico ſecũdum numerum per tertium, hoc eſt 23. per 180. & prouenit numerus 4140.qui diuiſus per primum numerum 240.dat in quotiente min.17, ferè pro parte proportionali Latitudinis, quæ debetur diebus 7. horis 12.addenda priori Latitudini diei 11.eò quòd latitudo ad diem 21.poſterior maior eſt,atque ambæ eiuſdem ſunt affectionis, & ſic conſtituitur vera Latitudo Veneris ad propoſitum momentum, vt hic.

P	m	
0	43	Latitudo Veneris diei 11.meridionalis.
0	17	Pars congruens diebus 7.h.12.addenda.
1	0	Latitudo ♀ Merid.ad diem 18.h.12.

Verùm ſi per Tabulam Sexagenariam operare volueris,abſque labore eandemmet Latitudinem indagabis. Nam primum ingreſſus Tabellam infra poſitam ſub numero dierum decem intermediorum, cũ diebus 7.capies minuta 42. & cum horis 12. capies min.3. quæ omnia ſimul iuncta faciunt minuta 45.de quibus competit pars proportionalis de ſcrupulis 23. differentię Latitudinis decem dierum minuta 17. per Sexagenariam Tabulam,vt infra.

G	m	"	
	42		Dies 7.commutati. } in ſcrupula ſexagenaria.
	3	0	Horæ 12.commutatæ. }
	45	0	Aggregatum eorum reſpondens diebus 7.h.12.
	23		Differentia Latitudinis decem dierum.
	17	15	Pars proportionalis conueniens diebus 7.h.12.addenda.
0	43		Latitudo ♀ diei 11.
1	0	15	Vera Latitudo ♀ ad oblatum tempus,vt prius.

Aliud exemplum,in quo ad extremos dies diuerſa occurrit Latitudo.

SIt propoſitum deprehendere veram Latitudinem Mercurij ad diem 17.Iulij h.8.p.m.anni 1600.Primum ingreſſus Ephemerides illius tẽporis, animaduerto hoc temporis momentum propoſitũ cõtineri in-

ter 11.& 21. dies. Die vero 11. Iulij ☿ obtinet Latitudinem gr.1.16′. Merid. ſed die 21. Latitudo eius eſt grad.0.23′.ſept. Iungo igitur has ambas Latitudines,& conſtituo differẽtiam Latitudinis, quæ debetur decem diebus gr.1.39′.Deinde tempus propoſitum diſtat à die 11.diebus 6.h.8.quæ omnia in ſcrupula ſexagenaria commutata per hanc infraſcriptam Tabellam ſub columna differentiæ decem dierum,faciunt ſimul ſcru 38.quibus debentur de differẽtia Latitudinis decẽ dierum, gra.1.2′.42″.qui numerus cum ſit minor, quam numerus Latitudinis diei 11. auferendus eſt à dicta Latitudine diei 11. iuxta cautiones ſupra expoſitas,& relinquetur Latitudo ☿ cum titulo,quem obtinet die 11.vt infra patet.

°	′	″		
	38		Dies 6.& horæ 8.cõmutatę in ſcrupula ſexagenaria.	
1	39		Differentia latitudinis decem dierum, vt ſup.inuenta.	
0	38		Grad.1.	Differentiæ per 38. ſcrupula temporis.
	24	42	Scrup.39.	
1	2	42	Pars proportionalis competens D.6.& horis 8.	
1	16	0	Latitudo diei 11.Meridionalis à qua ſubtrahitur.	
1	2	42	Pars proportionalis dicta.	
0	13	18	Vera Latitudo ☿ ad diem 17. Iulij h. 8. cum titulo Merid.	

Tertium exemplum.

TErtium adhuc exemplum inter eoſdem dies 11. & 21. dicti menſis Iulij 1600.libeat colligere Latitudinem eiuſdem ☿ ad diem 19.h. 17.p.m.dicti menſis & anni.

Data fuit ſupra differentia Latitudinis inter extremos dies 11. & 21.grad.1.39.& oblatum momentum temporis diſtat à die 11. diebus 8. horis 17. quæ commutata per dictam Tabellam, dant ſcrupul.52′. 15″.in proportione ſexagenaria,cum quibus capio de differentia Latitudinis partem congruentem, nempe grad.1. 26′. 13″. à qua aufero Latitudinem diei 11. & relinquitur vera Latitudo ☿ ad propoſitum momentum gra. 0.10′. 13″.cum titulo Latitudinis diei 21.nempe Septentrionali.

Diffe-

P	′	″	
1	39		Differentia Latitudinis ad decem dies.
	52	15	Dies 8.h.17.commutatę in ſer.ſexagenaria.
0	52		52 minuta per gr. 1. } Differentię.
	33	48	52 minuta per min.39.
	0	15	15 ſecunda per grad. 1.
		10	15 ſecunda per min.39.
1	26	13	Pars proportionalis competens diebus 8.h.17.
1	16		Latitudo diei 11.merid.auferenda.
0	10	13	Vera Latitudo ☿ ad dictum momentum Septentrio.

Tabula deſeruiens commutationi dierum, & horarum in ſcrupula ſexagenaria pro inuentione Latitudinis planetarum.

Numerus dierum intermediorum.									
	8	9	10	11		8	9	10	11
D. c.	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	Horæ	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″
1	7 30	6 40	9 0	5 27	1	0 19	0 17	0 15	0 14
2	15 0	23 20	12 0	10 54	2	0 37	0 33	0 30	0 27
3	22 30	20 0	18 0	26 22	3	0 56	0 50	0 45	0 41
4	30 0	26 40	24 0	21 49	4	1 15	1 7	1 0	0 54
5	37 30	33 20	30 0	27 16	5	1 34	1 23	1 15	1 8
6	45 0	40 0	36 0	2 44	6	1 52	1 40	1 30	1 22
7	52 30	46 40	42 0	38 11	7	2 11	1 57	1 45	1 35
8	60 0	53 20	48 0	43 38	8	2 30	2 13	2 0	1 49
9		60 0	54 0	49 5	9	2 49	2 30	2 15	2 3
10			60 0	54 33	10	3 7	2 47	2 30	2 16
11				60 0	11	3 26	3 3	2 45	2 30
					12	3 45	3 20	3 0	2 44
					13	4 4	3 37	3 15	2 57
					14	4 22	3 57	3 30	3 11
					15	4 41	4 10	3 45	3 25
					16	5 0	4 27	4 0	3 38
					17	5 19	4 43	4 15	3 52
					18	5 37	5 0	4 30	4 6
					19	5 56	5 17	4 45	4 19
					20	6 15	5 33	5 0	4 33
					21	6 34	5 50	5 15	4 47
					22	6 52	6 7	5 30	5 0
					23	7 11	6 23	5 45	5 14
					24	7 30	6 40	6 0	5 27

Ad

Ad datum tempus data Regionis latitudine ex tabulis domorum cœleſtem figuram, ſecundum viam rationalem, conſtruere.
Caput 12.

ADmiranda, & perpulchra eſt hæc erigendæ figuræ cœli inuentio, qua in paruo plano totius cœleſtis machinę deſcriptio ad quoduis momentum temporis noſtris ſubijcitur oculis, vt quæ ſint ſigna ſupra, vel infra hemiſphærium noſtrum, in qua parte cœli perlucida planetarum corpora conſiſtant, & denique quem ſtatum in cœlo inerrantes quæque poſſideant, facilè deprehenditur: Cum autem cœlum ob celerem eius motum ſingulis minutijs temporis ſitum ſuum variet, ac permutet, hincque diuerſas influentias in his ſublunaribus cauſet, neceſſe eſt, vt quàm exactè temporis momentum, quo cœleſte thema conſtrui debet, habeamus, vt ad eius effectus notitiam perfectiùs deuenire poſſimus. Et ſi inter Aſtronomos antiquos de huius cœleſtis fabricę in duodecim ſpatia, ſeu domicilia diſtributione magna fuerit diſſenſio, cum alij Signiferum, alij Aequatorem, alij Verticalem circulum, alij parallelum per gradum Eclipticæ orientem Meridiano circulo interceptum, in diuidendo cœlum, iuxta ſuas hypotheſes aſſumant, vt apud Monteregium, & Reinoldum in ſuis Tabulis Directionum fuſiùs pertractatur, & nos etiam id repetimus in noſtris canonibus Primi motus: tamen recentiores omnes, qui inter eruditos numerari digni ſunt, vel modum Abrahæ Auenezræ, tanquam phiſicis rationibus, & firmis demonſtrationibus munitum, Ptolemæique decretis valde conueniens, amplexi ſunt, quem modum doctiſſimus Regiomontanus cæteris anteponens rationalem vocitat. Aut etiam vtuntur ratione domiciliorum cœleſtium à Ioan. Stadio & alijs quibuſdam præſtantiſſimis Aſtrologis animaduerſam, quam dicunt magis ad mentem Ptolemęi congruere, quæ ſcilicet ſpatia inter meridianum & horizontem intermedia per inæquales horas menſurat; ita quidem, vt vndecimæ domus cuſpis duabus horis temporalibus à medio cœlo diſtet, & duodecimæ domus initium ab eodem cœli culmine 4. horis temporalibus recedat, & ſic de reliquis hac eadem ratione. Nos autem neglectis domorum Tabulis perperam ſupputatis, quæ aliorum Ephemeridibus præfigi conſueuerunt, nouas, & correctiores noſtris Diarijs appoſuimus, iuxta tamen rationalem viam computatas, per quas tibi quocunque momento volueris figura cœli in promptu erit ſecundum viam, quam dicunt rationalem, quæ præterquam quòd illis vulgatis ampliores ſunt, tibi etiam aſcendentis, & culminantis cœli cuſpides in gradibus, & ſcru-

pulis præſtabunt: quod ob directiones maximè obſeruari debet: attamen in cæteris domorum initijs, tam exactam ſupputationem meritò omiſimus, cum platica ad integros gradus ſupputatio commodè ſufficiat.

Secundum autem poſteriorem domiciliorum partitionem, quam volunt ad mentem Ptolemæi magis eſſe, tabulas pro nunc nō exhibemus; ſed eas in noſtro Primi mobilis tabularum volumine vnà cum tabulis directorijs ad mentem Ptol. à nobis primum excogitatis & ſupputatis dedimus, quibus facillimè & abſque labore huiuſmodi directiones conficiuntur.

Si igitur per has domorum tabulas figuram cœli ſecundum viam rationalem conficere cupis, primò ad tempus tuum Aſtronomicum inæquatum (ne in hoc cum Sconero decipiaris, quoniam ſolum in Eclipſibus, congreſſibus, ſeu alijs momentis ex Tabulis, aut Ephemeridibus ſupputatis tempus æquatum, & iuxta æquationem dierum in apparentem commutatum pro cœli figura erigenda requirunt, cum motuum Tabulæ, & Ephemerides tempus ſolum æquale referant) habeas verum Solis locum, quemadmodum caput 9. admonet, & hunc in tabula domorum eleuationi tui poli congruentem ſub decima domo inquiras, inueniendo ſcilicet ſignum in fronte, & gradum in columna, quæ decimæ domui applicatur, & illico tibi tempus à meridie offeretur. Sed ſi pręcisè locum Solis non inueneris, quod euenire ſolet, quando locus Solis eſt in gradibus, ſcrupulis, & ſecundis, tunc parte proportionali vtendum eſt in hunc modum pro habendo exacto tempore à meridie. Notabis per ſubtractionem differentiam temporis, quæ ſequenti gradui loci Solis excreſcit, & hanc in parte ſuperiori ſequentis Tabellæ aduertito, minuta verò loci Solis à latere eiuſdem Tabellæ, & quod in angulo communi tibi offertur, ſemper antedicto tempori cum integro gradu loci ☉ annotato iunges, & ita producetur tempus à meridie gradibus, & ſcrupulis loci ☉ exactè congruens. Cui quidem tempori addas tempus tuum pomeridianum, ad quod figuram cęli fabricare intendis: hoc tamen obſeruando, quòd quando temporis aggregatum 24. horas ſuperat, tunc ſubducendæ 24. horæ ſunt pro integra Aequatoris conuerſione, prout calculus Aſtronomicus ſemper admonet. Poſtmodum hoc aggregatum temporis, ſeu hoc reſiduum, quod ex ſubtractione 24. horarum remanet, quæras in eadem Tabula domorum ſub titulo temporis à meridie, quòd ſi præcisè inueneris, ibi in eadem linea ſex domorum cuſpides tibi manifeſtæ erunt, nec alia correctione indigebunt; reliquarum verò domorum cuſpides in ſigna diametraliter oppoſita incidunt in eiſdem partibus, & ſcrupulis.

Verùm

Verùm cum tempus tuum à latere præciſè non inuenitur, tunc proximè minus accipies, & illud cum tempore proximè maiori conferas, & elicita per ſubtractionem differentia, eam in vertice antedictæ Tabulæ requiras. Similiter notabis per ſubtractionem differentiam inter tempus tuum, & tempus à meridie proximè minus, & hanc inuenias in angulo communi, ſeu area prædictæ Tabulæ, & directè à ſiniſtro latere Tabulæ ſub linea ſcrupulorum loci ☉ offeruntur ſcrupula iungenda gradui decimæ reſpondenti numerò temporis à meridie proximè minori. Quo peracto habebis decimam domum in gradibus, & ſcrupulis adamuſſim ſupputatam. Reliquarum verò domorum cuſpides, præter Aſcendentis cuſpidem, ad integros gradus ſolum inuentæ abſque alia correctione capi debent, quoniam platicè ſupputatæ ſunt, nec exactè, ſicut decima domus, tempori laterali reſpondent.

Aſcendentis verò cuſpis mediante decima domo hac forma rectè inquiritur. Numerum graduum, & ſcrupulorum primæ domus correſpõdentem integro gradui decimæ ſubtrahe à numerò illico ſubſequenti, vt ſit tibi nota differentia Aſcendẽtis, quæ vni gradui decimæ debetur, & hanc cum ſcrupulis, quæ vltra integrum gradum decimæ adhærent, collocabis ad regulam proportionum, ſeu ad Tabulam proportionalem Sexagenariam, inueniendo numerum minutorum decimæ domus in fronte Tabulæ, & à latere minuta differentiæ aſcendentis: vel vice verſa, in fronte Tabulæ differentiam aſcendentis, & à latere minuta, quæ decimæ debentur (quod nihil refert,) & numerum, quem in angulo communi coincidẽti ambobus illis numeris inuenies, erit pars proportionalis addenda, ſcilicet partibus, & ſcrupulis, quæ integro gradui decimæ referuntur, & ſic Aſcendentis verum numerum in gradibus, & ſcrupulis, definies. Memmeris tamen, quòd quando differentia Aſcendentis ſuperauerit in minutis numerum ſexagenarium, vt potè vnum gradum, tunc duplici ingreſſu, id expediendum eſt, vt in practica Tabulę proportionalis explicatur.

Notandum tamen venit, quòd quando Tabulam domorum præciſè tui poli ſublimitati conuenientem haud inueneris, quando ſcilicet altitudo poli in gradibus, & ſcrupulis tibi nota fuerit, figuramque cęleſtem ad amuſſim elaborare intendis, tunc diligentia ſolum ad ſupputandam Aſcendentis cuſpidem requiritur. Nam decima domus in omnibus tabellis vniformiter ſe habet; reliquę autem domus vſurpari poterunt ſecundum Tabellam tuo polo viciniorem. Si ergo in horoſcopi gradu hanc correctionem obſeruare velis; tunc per omnia operare, ſicut ſupra dictum eſt, cum proximè minori Tabula, poſtea cum proximè maiori inquire verum Aſcendentẽ, minoremq; eorum à maio

ri ſubtrahe,& illico differentia eorum emerget, quæ ad proportionalem Tabulam cum ſcrupulis, quæ integris gradibus tui poli accedunt, poſita, tibi in angulo communi ambobus dictis numeris coincidenti præſtabit partem proportionalem addendam primò Aſcendenti, ſi numerus poſterioris maior ſit, vel minuendam, ſi poſterior minor extiterit.

Si autem præcisè ad Meridiem diſpoſitionem cœli quæris, faciliori methodo id abſolues. Nam locus Solis in decima domo in Tabula tuæ regionis inuentus tibi cæterarum domorum initia, ſeu cuſpides, manifeſtabit: hac tamen adhibita cautela, quòd quando præter integros gradus quæpiam ſcrupula loco Solis aderunt, ea ſcrupula ad Tabulã proportionalem cum differentia Aſcendentis, quæ vni gradui decimæ debetur, conferas, accipiendo partem proportionalem, ſicut ſuperius diximus, quam adde partibus, & ſcrupulis, quæ in columna Aſcendentis gradibus integris decimæ domus competunt, & habebis verum Horoſcopum, cæterasque domos.

Hac diligenti ſupputatione ſuperius enarrata vti poteris ſolum, & debes, cum tempus tuum adeo certum eſſe conſtat, ſiue ſit natiuitatis, ſiue alterius initij. Verum cum celeriùs, & citra aliquem laborem figuram cœli conſtituere cupis, ſiue geneſis alicuius, quæ poſtea per Animodar, vel per aliqua accidentia præterita corrigenda veniat, ſicut Aſtrologi docent, ſiue ſit electionis, initij ægritudinis, vel alterius rei, tunc facilior erit operatio. Nam primò cum loco Solis ad tempus tuum poſt meridiem iuxta caput nonum inuento, ingredere Tabulam domorum ſub conuenienti tuæ ciuitatis polo, & in columna, quæ decimæ domui ſupponitur, tempus à latere integri gradus Solis adſcriptum capias, & ſi integris gradibus loci Solis quæpiam minuta adhærent, tunc tempus adſcriptum à meridie corrigitur, addendo ei pro ſingulis quindecim minutis gradibus Solis adhærentibus, vnum ſcrupulum temporis. Nam vni gradui Solis integro debentur ſemper quatuor ferè temporis ſcrupula, & hoc tempus à meridie correctum cum tuis horis poſt meridiem ſimul in vnam ſummam collige, omiſſis ſecundis, quando numerum 60. non ſuperant: quia tunc pro vno minuto cõputandi ſunt, & ab hac ſumma reiectis etiam 24. horis, quoties hunc numerum exceſſerit. Poſtmodum cum hoc aggregato, ſiue reſiduo ingredere, iterum Tabulam domorum ſub titulo Tempus à meridie, accipiendo proximiorem numerum, & è directo verſus dextram offerent ſe initia ſex domorum orientalium: reliquæ namque occidentales ex oppoſitis ſignis per conformes gradus cognoſcuntur.

Notandum & iſtud eſt, quòd quando ad horas tuas poſt meridiem verus numerus Solis per caput 9. ſupputatus non eſt, & figuram cœli-

ſtem

ſtem conſtruere optas, tunc quæras locum Solis in Ephemeri ad meridiem eius diei, cuius ſunt horæ, & cum eo capias horas à meridie addendo pro ſingulis 15. minutis loci Solis vnum ſcrupulum temporis, ſicut ſuperiùs admonuimus, & etiam pro ſingulis ſex horis poſt meridiem alterum minutum temporis adijcies, eo quòd in ſex horis Sol quindecim minuta in Zodiaco ferè conficit, quibus ſemper ferè vnum temporis minutum correſpondet. Sed quando ad horas tuas P. M. locum Solis venatus fuiſti, non eſt opus hæc ſcrupula pro ſingulis ſex horis addere, & hoc ideo incidenter admonere ſtudioſos voluimus, ne ſimul cum Cypriano Leouitio viro in cęteris diligentiſſimo, in errorem incidant.

Tabula proportionalis pro æquandis domibus.

Differentia temporis à meridie.

Scrupula ☼	3′40″	3′42″	3′44″	3′46′	3′48″	3′50″	3′52″	3′54′	3′56″	3′58″	4′0′
	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″	′ ″
31	1 54	1 55	1 56	1 57	1 58	1 59	2 0	2 1	2 2	2 3	2 4
32	1 57	1 58	1 59	2 1	2 2	2 3	2 4	2 5	2 6	2 7	2 8
33	2 1	2 2	2 3	2 4	2 5	2 6	2 8	2 9	2 10	2 11	2 12
34	2 5	2 6	2 7	2 8	2 9	2 10	2 11	2 13	2 14	2 15	2 16
35	2 8	2 9	2 11	2 12	2 13	2 14	2 15	2 16	2 18	2 19	2 20
36	2 12	2 13	2 14	2 16	2 17	2 18	2 19	2 20	2 22	2 23	2 24
37	2 16	2 17	2 18	2 19	2 22	2 22	2 23	2 24	2 26	2 27	2 28
38	2 19	2 21	2 22	2 23	2 24	2 26	2 27	2 28	2 29	2 31	2 33
39	2 23	2 24	2 26	2 27	3 28	2 29	2 31	2 32	2 33	2 35	2 36
40	2 27	2 28	2 29	2 31	2 32	2 33	2 35	2 36	2 37	2 39	2 40
41	2 30	2 32	2 33	2 34	2 36	2 37	2 39	2 40	2 41	2 43	2 44
42	2 34	2 35	2 37	2 38	2 40	2 41	2 42	2 44	2 45	2 47	2 48
43	2 38	2 39	2 41	2 42	2 43	2 45	2 46	2 48	2 49	2 51	2 52
44	2 41	2 43	2 44	2 46	2 47	2 49	2 50	2 52	2 53	2 55	2 56
45	2 45	2 46	2 48	2 49	2 51	2 52	2 54	2 55	2 57	2 58	3 0
46	2 49	2 50	2 52	2 53	2 55	2 56	2 58	2 59	3 1	3 2	3 4
47	2 52	2 54	2 56	2 57	2 59	3 0	3 2	3 3	3 5	3 6	3 8
48	2 56	2 58	2 59	3 1	3 2	3 4	3 6	3 7	3 9	3 10	3 12
49	3 0	3 1	3 3	3 5	3 6	3 8	3 9	3 11	3 13	3 14	3 16
50	3 3	3 5	3 7	3 8	3 10	3 12	3 13	3 15	3 17	3 18	3 20
51	3 7	3 9	3 10	3 12	3 14	3 15	3 17	3 19	3 21	3 22	3 24
52	3 11	3 12	3 14	3 16	3 18	3 19	3 21	3 21	3 25	3 26	3 28
53	3 14	3 16	3 18	3 20	3 21	3 23	3 25	3 27	3 28	3 30	3 32
54	3 18	3 20	3 22	3 23	3 25	3 27	3 29	3 31	3 32	3 34	3 36
55	3 22	3 23	3 25	3 27	3 29	3 31	3 33	3 34	3 36	3 38	3 40
56	3 25	3 27	3 29	3 31	3 33	3 35	3 37	3 38	3 40	3 42	3 44
57	3 29	3 31	3 33	3 35	3 37	3 38	3 40	3 42	3 44	3 46	3 48
58	3 33	3 35	3 37	3 38	3 40	3 42	3 44	3 46	3 48	3 50	3 52
59	3 36	3 38	3 40	3 42	3 44	3 46	3 48	3 50	3 52	3 54	3 56
60	3 40	3 42	3 44	3 46	3 48	3 50	3 52	3 54	3 56	3 58	4 0

Tabu-

Tabula proportionalis pro æquandis domibus.

Differentia temporis à meridie.

SVpponamus nunc ſignificatorem in gr. 20 ♍, & promiſſorem in gra. 12 ♓ ſub terra, poſito angulo quartæ domus gr.25.36′ ♎, vt ſupra. Datur igitur ſupra in tertio exemplo differentia recta gr.48.44′.& differentia ſignificatoris ab imo cœli gr.32.58: & polus quoque innotuit gr. 30.ſub quo polo colligo diſtantiam promiſſoris ab eodem angulo terræ gra.44.27′.à qua aufero diſtantiam promiſſoris,& colligo æquationem directionis gr.11.29′.quæ ſanè addenda venit rectæ differentiæ, vt conſurgat directio gr.60.13′. vt in ſuperiore tertio exemplo.

Tertius modus noſter dirigendi ſignificatorem extra angulos verſantem, qui eſt omnium faciliſſimus ac expeditiſſimus. Cap. VII.

LIcet duo ſuperiores modi,præſertim ſecundus,ſint ſatis faciles,non grauabimur alium adhuc tradere modum faciliſſimũ,ac ſimpliciſſimum,quo quidem excuſamur ab inuentione differentiarum aſcenſionalium, & ab æquatione directionis; in quibus omnibus varietas ſubtractionis & additionis ob titulum & ob ſitum confundere operantem interdum poteſt, ac eum ad aliud intentum à vero ſcopo nonnihil deuiare.Tertius igitur modus,quem præ cæteris ſequendum cenſemus, talis eſt.

Accipe tam ſignificatoris,quàm promiſſoris declinationem,& aſcenſionem rectam, vt in alijs modis feciſti,ac etiam diſtantiam ſignificatoris à meridiano,ideſt à medio cœli,ſi fuerit ſupra terram; vel ab imo cę li,ſi fuerit ſub terra. & cum illa collige circulum poſitionis ſignificatoris.Cape etiam diſtantiam promiſſoris ab eodem angulo medij,vel imi cœli,eo modo,quo ſupra,quam ſerua.Deinde ingreſſus tabulam poſitionum cum declinatione promiſſoris ſub illamet poli eleuatione ſignificatoris collige diſtantiam ipſius promiſſoris à meridiano,quã ſcilicet debet obtinere exiſtens in circulo poſitionis ſignificatoris. Quam quidem confer cum eiuſdem diſtantia à meridiano in proprio ſitu,minorẽ de maiore tollendo,quando ſignificator, & promiſſor exiſtũt in eadem cœli medietate reſpectu meridiani,hoc eſt vel ambo in parte cęli aſcendente,vel ambo in parte cœli deſcendente,& earum differentia erit arcus directionis quæſitus.Quòd ſi ſignificator fuerit in vna cœli medietate reſpectu meridiani,& promiſſor in alia,tunc ambæ diſtãtiæ promiſſoris à meridiano (in proprio inquam ſitu,& in ſitu ſignificatoris) coniungendæ ſimul ſunt, vt emergat arcus directionis optatus.Ratio huius diuerſitatis eſt,quia promiſſor ſecundum ſitum proprium diſtat à meridiano ad vnam partem,& ſecundũ ſitum ſignificatoris diſtat ab eodem meridiano ad aliã partẽ,vnde pro habendo interſtitio vtriuſque ſitus

oportet ambas has diſtantias promiſſoris à meridiano coniungere. Sed exemplis rem clariorem reddemus.

Primum exemplum.

REpetamus noſtrum primum exemplum, in quo ſuppoſuimus ſignificatorem in gr. 10 ♉, & promiſſorem in gr. 25 ♊; & medium cœli gr. 22. 56. ♓ ad eleuationem poli gr. 45. cuius medij cœli recta aſcenſio eſt gr. 353. 31.

Eſt autem Solis declinatio gr. 14. 51. Sept. & aſcenſio recta gr. 37. 35. à qua ſublata medij cęli recta aſcenſione remanet diſtantia ſignificatoris à medio cęli gr. 44. 4′ vt ſupra. Similiter aſcenſio recta promiſſoris eſt gr. 84. 33. à qua dempta recta medij cœli aſcenſione, reliquum eſt diſtantia promiſſoris ab eodem medio cęli exiſtentis in proprio ſitu gr. 91. 2′. Cum declinatione Solis, ac eius à meridiano diſtãtia excipio circulum poſitionis ipſius gr. 30. vt ſupra. Cum declinatione autem promiſſoris gr. 23. 24. ſept. ſub eadem columna circuli poſitionis gr. 30. ſumo gr. 49. 44. quæ eſt diſtãtia, quam debet obtinere promiſſor, vt reperiatur in circulo poſitionis ſignificatoris: hanc confero cum diſtãtia ipſiuſmet promiſſoris ab eodem medio cœli, quam in proprio ſitu obtinuit, & minore à maiore detracta, producitur earum differentia, quæ eſt arcus directionis quæſitus, vt hic patet.

Diſtantia promiſſoris à medio cęli	*in proprio ſitu*	91	2
	in ſitu ſignificatoris	49	44
Differentia ipſarum, quæ eſt directio quæſita		41	18

Secundum exemplum.

IN ſecundo exemplo primi modi ſuppoſuimus medium cęli gr. 22. 20′ ♊; & eundem ſignificatorem, & promiſſorem, vt ſit quidem ſignificator ſupra terram, ſed in parte cęli cadente. Promiſſor autem vltra mediũ cęli in parte cęli aſcendente. Examinemus modo eandem directionem, ſecundum hanc formam, vt hoc calculo cernis.

Aſcenſio

81.	39.	*Aſcenſio recta medij cęli.*
37.	35.	*Aſcenſio recta ſignificatoris, eius decl. 14.51. Sept.*
44.	4	*Diſtantia ſignificatoris à medio cęli.*
30.	0	*Circulus poſitionis Solis.*
2.	54	*Diſtantia promiſſoris à medio cęli*
49.	44	*Diſt. promiſſoris à m. c. ſumpta cum declinatione eius ſub polo gr. 30.*
52	38	*Aggregatum vtriuſque diſtantiæ, quia medium cęli iacet inter ſignificatorem, & promiſſorem, & eſt directio ipſa, quam quærebamus.*

Notandum tamen eſt, quòd ſequendo hunc tertium modum, potes accipere circulũ poſitionis ſignificatoris ad gradus integros, neglectis minutis pro facilitate operationis. Sed quoniam accidit aliqua differentia in directionibus colligendis, quia diſtantię promiſſorum à medio cęli ſumptæ ſub circulo poſitionis ſignificatoris non ſunt veræ, eo quod nec ſignificator re vera reperitur in tali circulo poſitionis ad gradus integros: ideo hanc correctionem obſeruabis, ſi vti volueris circulo poſitionis ad gradus integros, negligendo minuta. Cum declinatione ſignificatoris collige numerum arealem reſpondẽtem ipſi gradui integro circuli poſitionis, qui ſi erit maior, quàm diſtantia vera ſignificatoris a meriadiano vtriuſque differentiam, addes etiã ſingulis diſtãtijs promiſſorũ a meridiano in ſitu proprio, & reliqua vt ſuperius diximus perages. Sed ſi numerus in columna integri gradus minor fuerit, quàm diſtantia ſignificatoris a meridiano auferes vtriuſque differentiam a ſingulis diſtantijs promiſſorum iam dictis, reliqua peragendo vt ſupra, & hac ratione directiones conficies abſolutiſſimas.

Exemplum huius accipe.

SIt ad eleuationem poli gr. 45 thema cœli, cuius cœli medium gr. 4. 30′ ♉ obtineat rectam aſcenſionem gr. 32. 13′. & Sol ſignificator ſit in gr. 10 ♊, cuius declinatio eſt gr. 22. 0. ſupra terram, & recta aſcenſio gr. 68. 21. ex qua prodit a medio cœli diſtantia gr. 36. 8. cum qua & cum declinatione ipſius depromitur circulus poſitionis gr. 23. 38. facta nimirum correctione per partem proportionalem. Sit autem promiſſor in gr. 26 ♋, cuius declinatio eſt gr. 21. 0 Sept. & recta aſcẽſio gr. 118. 0. atq; a medio cœli diſtantia in ſitu proprio gr. 85. 47, ad quem promiſſorem ſit deducendus ſignificator non ſub polo grad. 23. 38. ſed commoditatis

hè arcum facilè colligit,quãdo ſignificator fuerit in aliquo angulorum, nimirum per tabulas aſcenſionum rectarum ſi fuerit in angulo, vel medij,vel imi cœli. Vel per tabulas aſcenſionum obliquarum regionis in reliquis duobus angulis,aſcendentis inquam,& occidentis, ſicut etiam omnes facere conſueuerunt. Verum in locis intermedijs ab angulis declinantibus laborioſum, ac prolixum tradit modum,licet planum. Nam ſumit tam ſignificatoris,quam promiſſoris diſtantiam à meridiano ſiue ſupra , ſiue infra terram, quàm artifices differentiam rectam vocant, atque etiã vtriuſq; ſumit horaria tẽpora ſub data regionis latitudine:diurna quidem , ſi ſignificator fuerit ſupra terram, etiam ſi promiſſor ſit ſub terra; & nocturna dum ſignificator manet ſub terra , quamuis promiſſor ſupra terram extet . Multiplicat deinde differentiam rectam ſignificatoris per horaria tempora ipſius, & producit horas temporales, quibus apheta a cardine remouetur.Poſtremo per has horas temporales ſignificatoris a meridiano multiplicat horaria tempora promiſſoris , atque hac ratione inuenit diſtantiam, quam ſortitur promiſſor a meridiano in ſitu ſignificatoris . Quod productum iuxta cautiones ſequentes addit, aut aufert à diſtantia primo inuenta , quam ſcilicet habet idem promiſſor à meridiano in proprio ſitu,vt proueniat arcus directionis quæſitus. Quæ omnes caſuum varietates dilucidè ex hac tabella patent.

Si fuerint ſignificator,& promiſſor
- *In eadem cœli medietate ſiue Orientali,ſiue Occidentali , fueritque ſignificator inter*
  - *Medium cœli & horoſcopum,ſeu inter quartam & ſeptimam, productum ex diſtãtia promiſſoris à meridiano primò inuẽta aufertur,*
  - *Occidẽtem & decimã, ſeu inter quartã, & horoſcopum, tunc ab hoc producto diſtantia promiſſoris à meridiano primò inuẽta aufertur,*
- *In diuerſis medietatibus , hoc eſt ſignificator in vna, & promiſſor in altera, tunc productum , & diſtantia promiſſoris à meridiano coniunguntur.*

vt prodeat arcus directionis .

Hæc eſt Ptolemæi ſimpliciſſima dirigendi forma , quam ſanè plerique tot caſuum varietatibus obſcurant,laborioſam tamen eſſe fateor,ac niſi exercitatos viros in calculo requirere:nam oportet multiplicationes, &

diuiſiones plures conficere, antequam vna directio abſoluatur cum maximo temporis diſpendio, ac mentis labore. Hanc viam tenuere omnes ferè antiqui, & mediç ętatis Aſtrologi vſque ad Regiomontani ſæculum qui alteram tradidit viam, ab ipſo rationalem vocatã, mediantibus circulis poſitionum, & obliquis aſcenſionibus, quam multi docti viri poſt ipſum amplexi ſunt: non tamen omnes, nam præſtantes aliquot Aſtronomi à Ptolomæi ratione diſcedere noluerunt, vt fuere Cardanus, Stadius, Valentinus Naiboda in cõm. ſuper Alcabitium, & alij, qui aſſerere non dubitant, hanc eſſe veram dirigendi formam: quã tamen Ptolemaicam dirigendi formam, nemo hactenus in tabulas faciles reduxit, & licet Matthæus Guarimbertus Parmenſis, qui libellum de Radijs, & aſpectibus planetarum edidit, rationem conſtruendi tabulas ad directiones in via Ptolemaica ſpectantes docuerit, nihilominus huiuſmodi tabulæ cęleſti themati ad mentem Ptolemæi fabricando (ſi Cardano, & Stadio credimus) commodius potius deſeruiunt, quàm ad dirigendi negotium. Quod etiam teſtatur nobiliſſimus, ac doctiſſimus Hieronymus Diedus inter Venetos patritios Senator conſpicuus, qui nuper huiuſmodi tabulas à ſe elaboratas nobis communicauit in ſua cęleſti Anathomia. Verùm cum ego deliberaſſem tabulas vniuerſales Primi mobilis condere, quæ non tam ad directiones, ſed & ad alias Aſtronomicas operationes deſeruiant, decreui etiam omni conatu ſtudioſis illis ſatisfacere, qui Ptolomæi opinioni addicti ſunt: & cum diù cogitaſſem, ſi tabulæ conſtrui poſſent, quæ non longitudinibus tantum, ſed & latitudinibus planetarum inſeruiant ſecundum Ptolemæi rationem ad omnem polarem eleuationem, mihi varias formas tabularum experienti res fęlicius tandem ſucceſſit, quam ſperabam, ſi quidem vnam tantum cõſtruxi tabulam ad has directiones Ptolemaicas abſoluendas, quæ vſum planum, ac facilem habet, ac omnes ſupplet varietates, atque etiam omnibus poli eleuationibus deſeruit, quam cum reliquis tabulis primi Mobilis nuper edidimus. Præterea hac egregia tabula non contentus, Inſtrumentum quoque in Quadrantis formam excogitaui & fabricaui, quo facili negocio, ac cito directiones Ptolemaicæ à quouis tractari, & confici poſſunt, quod nunc publici iuris facere decreui, cuius Organi fabrica adeò plana, ac facilis eſt, vt nulla expoſitione indigeat, ſed ſola eius inſpectione artifex conſimile Inſtrumentum cuiuſuis magnitudinis fabricare valebit. Eius autem vſus erit potiſſimum quando ſignificator verſauerit extra meridianum. Nam quando fuerit in medio vel imo cęli, facilè directiones perficiuntur ope tabulæ aſcenſionum rectarum. Quin etiam breui quoque aliud conſimile Inſtrumentum in Quadrantis pariter formam ſtudioſis communicabimus, pro directionibus ſecundum modum rationalem abſoluendis.

Signifi-

Significatorem ad promiſſores dirigere, cum fuerit in Aſcendente, vel in ſeptima domo. *Cap. X.*

QVando ſignificator eſt in Aſcendente præciſè, vel in ſeptimę domus initio, ſeu quando ipſemet gradus horoſcopans dirigendus eſt. deſeruiunt optimè tabulæ aſcenſionum obliquarum congruentes cum eleuatione poli illius loci. Nihilominus hoc noſtro Inſtrumento eaſdem directiones tractare poſſumus in hunc modum.

Cum fuerit ſignificator in Aſcendente, vel fuerit ipſe gradus horoſcopans dirigendus ſume diſtantiam promiſſoris ab imo cęli: ſiue citra, ſiue vltra: auferendo ſcilicet aſcenſionem rectam vnius ab aſcenſione recta alterius. deinde etiam in tabula quantitatis dierum ediſce arcum ſeminocturnum eiuſdem promiſſoris, quem arcum ſeminocturnum vbi inquires in limbo Quadrantis, tibi lineam oſtendet, quæ in baſi Quadrantis indicat diſtantiam, quam debet obtinere promiſſor à medio imo cęli in ſitu ſignificatoris, nempe in ipſo horoſcopo. A qua aufer alteram eiuſdem promiſſoris diſtantiam ab imo cęli in ſitu proprio, ſi promiſſor fuerit citra gradum imi cœli, ideſt inter primam, & quartam. Sed ambas ipſas diſtantias ſimul coniunge, quando promiſſor fuerit vltra imum cęli verſus ſeptimam domum, & vtroque modo conficies arcum directionis, quem optas.

Sed ſi promiſſor obtinet aliquam latitudinem ab ecliptica, arcũ eius ſeminocturnum inueſtigabis per differentiam aſcenſionalem: capiendo ſcilicet differentiã aſcenſionalem cum declinatione promiſſoris ad eleuationem poli tuæ regionis, quam addes 90 gradibus, ſi promiſſoris declinatio fuerit Auſtralis, vel de 90. gradibus tolles, ſi fuerit Borealis, & habebis arcum ſeminocturnum in gradibus æquatoris, quem exhibet etiam noſter Quadrans in extremo eius limbo.

Quod ſi ſignificator fuerit in occidentis angulo, hoc eſt in ipſo ſeptimæ domus initio, conficies diſtantiam promiſſoris à medio cœli, & eius arcum ſemidiurnum inuenies ſiue ex tabula quantitatis dierum, ſiue per differeniam aſcenſionalem ſumptam cum gradu declinationis ipſius ad eleuationem polarem tui loci, nam ipſa differentia aſcenſionalis addita gradibus 90 quando declinatio eſt Borealis, vel ſublata à gradibus 90 quando eadem eſt Auſtralis, patefacit arcum ſemidiurnum in gradibus Aequatoris. Quem quidem arcum ſemidiurnum ſiue in gradibus Aequatoris, ſiue in horis, & minutis numerabis in limbo Quadrãtis, & vbi terminat, patet linea oſtendens in Quadrantis calce diſtantiã, quam debet ſortiri promiſſor, dum obtinet ſignificatoris ſitum, & hãc ab alia auferes quando promiſſor fuerit inter decimam, & ſeptimam. Vel ambas ſimul adde, quando promiſſor fuerit vltra medium cęli, ſcilicet inter decimã, & primam domum. Et vtroque modo reſultabit directio, quam quæris.

Signifi-

Significatorem ad promiſſores dirigere per noſtrum Organum Ptolemaicum, quando fuerit extra angulos. *Cap.XI.*

SIgnificatore extra angulos conſtituto, cape diſtantiam eius à medio, vel imo cœli in gradibus Aequatoris, mediātibus ſcilicet rectis aſcēſionibus, vt ſupra docuimus, atque etiam eiuſdem ſignificatoris collige arcum ſemidiurnum, ſi verſauerit ſupra terram, vel ſeminocturnū, ſi fuerit ſub terra Quem arcum ſemidiurnum, vel ſeminocturnum habebis in tabula quantitatis dierum Ephemeridibus præfixa, ſi ſignificator nullā obtinuerit latitudinem, vel per duodecimum Problema tabularum directionum Regiomontani, ſi aliquam habuerit latitudinem, ſicut in precedente capite docuimus. Eadem prorſus forma colliges diſtantiam promiſſoris à meridiano, & eius arcum ſemidiurnum, vel ſeminocturnum: ſemidiurnum quidem, quando ſignificator fuerit ſupra terram, etiam ſi promiſſor ipſe ſit ſub terra. Sed ſeminocturnum quando ſignificator manet infra terram, etiam ſi promiſſor ipſe verſetur ſupra terram. Deinde accommodabis Indicem Inſtrumenti ſuper arcum ſemidiurnum, vel ſeminocturnum ſignificatoris in limbo obſeruatum, ſiue fuerit talis arcus in gradibus Aequatoris, ſiue in horis, & minutis. In baſi autem Quadrantis numerabis diſtantiam dicti ſignificatoris à meridiano ſupra inuentam: nam habebis lineam in fine dictæ diſtantiæ interſecantem Indicē, ac in eo oſtendentem circulū horarium ipſius ſignificatoris. Quo circulo horario ſignificatoris ſic explorato, traduces voluellam ſuper arcum ſemidiurnum, vel ſeminocturnum promiſſoris, & vbi numerus circuli horarij ſignificatoris iam obſeruatus inciderit ſuper rectas lineas areales Inſtrumenti, indicabit in baſe Quadrantis diſtantiam, quam debet obtinere promiſſor, dum inuenitur in ſitu ſignificatoris. Quam confer cum diſtantia eiuſdemmet promiſſoris à medio, vel imo cœli in proprio ſitu obtinente, quam ſupra reſeruauimus, & minore de maiore ſublata, quando ambæ ſunt in eadem cęli medietate. Vel ambæ ſimul coniunctæ, quando ſunt in diuerſis medietatibus cœli reſpectu meridiani, & utroque modo elicies directionem quæſitam.

Exemplum.

Sit ſignificator ad latitudinem gr.44 in gr.1.31′♍.cuius arcus ſemidiurnus detur ho.6.43′.& recta aſcenſio grad. 153.33′.& a medio cœli diſtantia gr.43.39′.poſito ſcilicet medio cęli in gr.18.6′♎.Sit verò promiſſor in gr 13.49′♎, cuius arcus ſemidiurnus hor. 5.38′.& à medio cœli diſtantia gr.3.58′. Pono igitur Indicem in limbo ſuper h.6.43.arcus ſemidiurni ſignificatoris, & in calce Quadrantis numero diſtantiā ipſius ſignificatoris à medio cœli, quæ eſt gr.43.39′.& linea ad finem

huius

huius numerationis interſecat Indicem in horis 2.m.36'.qui eſt circulus horarius ſignificatoris.Traduco poſtea eundem Indicem ſuper h.5.38'. arcus ſcilicet ſemidiurni promiſſoris,& circulus horarius ſignificatoris qui incidit in h.2.36'. vt nunc diximus, incidit in lineam oſtendentem in baſi Quadrantis diſtantiam, quam debet obtinere promiſſor in ſitu ipſius ſignificatoris nempe gr. 37 ferè, ſeu potius 36.50'. à qua aufero eiuſdem promiſſoris diſtantiam,quam in proprio ſitu obtinuit,& relinquitur directio quæſita gr.32.52'. Quanta ex noſtris Ptolemaicis tabulis depromitur.

Declaratio & vſus Quadrantis Horarij motus ☽,& reliquorum Planetarum. Cap. XII.

PLacuit nobis huic compendio de Directionibus, & huic Quadranti directorio Ptolemaico, alium adiungere Quadrantem mire commodum pro ſupputandis ſingulis planetis ex Ephemeridibus. Habet hic Quadrans duos linearum parallelarum ordines, & vnicuique ordinis ſuus reſpondet limbus. Rectę igitur quæ lateri Quadrantis ſiniſtro parallelæ ſunt,& ſuper latus dextrũ perpendiculariter cadũt, deſeruiũt motui Lunari,quarum craſſiores aſſignantur integris gradibus ipſis adſcriptis,minutiores verò ſingulis decem minutis viciniorum graduum. Et huic linearum Lunarium ordini reſpondet limbus exterior,qui ſexdecim gradus complectitur, & vnuſquiſq; gradus in minuta diſtribuitur.Alter verò linearum ordo,quę has cancellatim interſecant,& lateri dextro parallelę ſunt, reſpondet motui horario reliquorum planetarum,& vnaquęque linea vnum minutum deſignat,& craſſiores ſingulis quinque minutis incedunt,quibus adſcripti ſunt numeri,inter quos numeros ſunt duo numeri maiores, qui gradus denotant, quemadmodũ etiam in interiore circulo, ſeu limbo his lineis rñdente.Sed pręceptis nonnullis huius Quadrantis vſum, ac vtilitatem aperiemus,quo excuſabimur à labore calculi planetarum,quãdo ex Ephemeridibus planetarum loca ad quodcunque momentum colligere voluerimus.

Dato diurno motu Lunæ ex Ephemeridibus, vel ex tabulis, vel aliunde, quantus ſit horarius motus ipſius, & conſequenter verum locum Lunæ ad datum tempus ex Ephemeridibus perdiſcere.

Cap. XIII.

POne Indicem in limbo exteriore ſuper numerũ motus diurni Lunę, & numera in ipſo Indice horas & minuta,accipiendo ſcilicet lineas longiores in Indice pro horis integris,vt ipſi numeri admonent,& breuiores lineas ſingulas pro ſingulis decem minutis tẽporis, & finis talis

nume-

numerationis ſecabit lineam indicantem in baſi,ſeu latere dextro Quadrantis motum ☽ congruentem dictis & horis & minutis.

Exemplum.

Cupiat aliquis ad diem 11.Iulij 1596 & ad horā 14.cum min.40.ſupputare verum locum Lunæ,mediantibus Ephemeridibus dicti diei.

Datur igitur Lunę locus in Ephem. noſtris ad diem 11 in gr.10. 1′ ♒, qui à loco diei ſequentis ſublatus,dat diurnum motum Lunæ gr.13.20′. hos igitur inuenio in circulo exteriore,& vbi terminant,appono Indicē Quadrantis,in quo numero h.14.mi.40,accipiendo ſcilicet poſt lineam decimæquartæ horæ quatuor alias lineas paruas pro 40.minutis, & video ſecari lineam reſpondentem in baſi gradibus octo integris cum decem minutis vnius gradus,& tantus eſt motus horarius Lunæ.Quos gradus addo loco Lunæ diei 11,ſcilicet gr.10.1 ♒,& prouenit Lunæ verus locus ad horam datam gr.18.11′ ♒.

Planetæ cuiuſlibet horarium motum deprehendere,dato ſcilicet diurno motu eius ex Ephemeridibus,& per conſequens ad horam datam Planetæ ipſius locum definire. Cap. XIIII.

DIſce ex Ephemeridibus diarium motum planetæ,ſubducto ſcilicet loco planetæ tui diei à loco diei immediatè ſequentis.Hunc quære in limbo ſeu circulo interiore,accommodando Indicem ad eius terminum,in quo Indice ſume horas & minuta : nam terminus dictarum horarum & minutorum ſecabit lineam oſtendentem à latere ſiniſtro Quadrantis motum dicti planetæ congruentem propoſitis horis & minutis. Quem ſi addideris loco planetæ ad meridiē tui diei,definies verum planetæ locum ad horam quamcunque datam.

Exemplum.

Libeat ſcire verum motum ♀ ad diem dictum pro horis 14. min. 40. ex Ephemeridibus dicti temporis colligo locum ♀ ad diem 11. in gr.2. 55.♍.& eius diarium motum gr.1.mi.2.Poſito igitur Indice ſuper gr.1. min.2 .in interiore limbo , & numeratis horis 14.min.40.video ſecari lineam in latere ſiniſtro Quadrantis congruentem min.38.tantus igitur eſt ♀ motus pro dictis horis, quem ſi addidero loco ♀ ad diē 11.ſcilicet gra.2.55 ♍.proueniet ♀ locus ad horam datam gra.3.33′.

Tempus introitus Solis in quoduis Zodiaci punctum,& annuæ conuerſionis momentum inquirere. Cap. XV.

QVære in Ephemeridibus locum ☉ proximiorem dicto puncto , ſeu loco Solis radicali, & ſimul diſce diurnum Solis motum. Subduc

poſt

poſtea locum Solis in Ephemerid. ſumptum à loco Solis radicali, vt habeas differentiam, ſeu diſtantiam Solis à puncto propoſito, ſeu à Solis loco radicali. Pone vero Indicem ſuper diurnum motum Solis in interiore limbo, & in latere ſiniſtro numera differentiam Solis à loco radicali iam dictam, & obſeruabis lineam ſecantem Indicem, nã hæc quidem oſtendet tibi in Indice horas & minuta ingreſſus Solis in dictum punctum, vel annuæ conuerſionis momentum.

Exemplum.

Sit inueſtigandum momentum temporis, quo Sol anno 1596. initium ♎ ingreditur. Ingreſſus Ephemerides illius anni, ſumo locum viciniorem Solis, ſcilicet proximè minorem grad. 29. 19′ ferè ♍. & video diarium motum Solis gr. 0. 58′. Diſtantia Solis ab initio ♎ eſt min. 41. quam quidem inuenio à latere ſiniſtro Quadrantis, & accommodato Indice ſuper min. 58. limbi interioris, video lineam min. 41. ſecare Indicem in h. 17. ferè. Vnde pronuncio ingreſſum Solis in Libræ primum pũctum contingere h. 17. à meridie diei 22. Septembris, quemadmodum in Ephemerid. notauimus.

Aliud Exemplum.

Sit conficienda annua conuerſio Solis, quam reuolutionem vulgo dicunt, alicuius genituræ ad annum Domini 1596, cuius locus Solis in radice ſit gr. 18. min. 56 ♌. Quæro igitur in Ephemer. locum Solis viciniorem loco propoſito, minorẽ tamen, & ad diẽ 11. Auguſti anni 1596. oſtenditur locus Solis gra. 18. 34′. quẽ aufero a loco Solis propoſito, vt innoteſcat differentia, quæ eſt min. 22′. Diarius verò locus Solis datur ex Ephem. min. 58. Quare poſito Indice in limbo interiore ſuper mi. 58 diarij motus, & sũptis in latere ſiniſtro mi. 22. patent in ipſo Indice h. 9 10′. Vnde annua conuerſio propoſiti loci Solis continget h. 9. 10′ p. m. die 11 Auguſti, ad quod temporis momentum poteris erigere cœleſtẽ figuram, ſi placet.

Planetarum coniunctiones, vel aſpectus ex dicto Quadrante ſupputare, dato tamen vtriuſque Planetæ loco ex Ephemeridibus, vel tabulis ſecundorum Mobilium. Cap. XVI.

HAbeas ex Ephemeridibus vtriuſque planetæ diurnum motum ad tempus futuræ copulæ per corpus, vel per aſpectum, & ſi ambo planetæ ſunt directi, vel ambo retrogradi aufer diurnum motum minorem à maiore, vt relinquatur exceſſus, ſeu ſuperatio motus diurni. Sed ſi

vnus

vnus fuerit directus, alter vero retrogradus, tūc coniunge ambos motus diarios, vt habeas ſuperationem motus diurni. Si verò vnus fuerit directus, vel retrogradus, alter verò ſtationarius, tunc motus illius eſt ipſamet ſuperatio diurna. Secundo vide differentiam vtriuſq; planetę, ſeu diſtantiam, ſubducendo. ſ. minorem locum à maiore. Vbi verò poſueris Indicem in limbo ſuper numerum ſuperationis diurnæ & in latere acceperis diſtantiam planetę, linea hāc diſtantiam terminans ſecabit Indicem oſtendens in ipſo tempus futurę coniunctionis, vel aſpectus. Memineris tamen, ꝙ pro ſupputandis aſpectibus Lunæ cū aliquo planeta, vtendum eſt exteriore limbo & latere dextro, ſed pro ſupputandis aſpectibus reliquorum planetarum inter ſe interior limbus ſeu circulus deſeruit, & aliud latus Quadrantis ſiniſtrum. Sed exēplis rem facilius percipies.

Sit ſupputanda oppoſitio Lunę cum ♄, quę poſt diem 9. Auguſti 1596. contingit, locus ☾ ad diē 9. dictum eſt gr. 1. 46′. ♓, & diurnus motus gr. 12. 46′. locus ♄ eſt gr. 8. 21′ ♍, & diarius motus min. 8′. in conſequentia. Vnde ſubducto loco Lunæ à loco ♄, relinquitur diſtantia ☾ ab ☍ ♄ gr. 6. 35′. Prętereà ſubducto diario motu ♄ à diario motu ☾, relinquitur ſuperatio diurni motus gr. 12. 38′. Quam ſumo in limbo exteriore, & ſuper ipſam adaptato Indice numero in latere inferiore Quadrantis gr. 6. 35′. & linea ad huius finem ſecat Indicem in h. 12. cum dimidio. Vnde pronuncio oppoſitionem ☾ cum ♄ ad dictum tempus poſt meridiem diei 9. fieri horis 12. cum dimidia.

Aliud Exemplum.

Sit inquirendum tempus coniunctionis Solis & ☿ contingentis dicto menſe Auguſto anni 1596. Ex Ephemeridibus ſumo horum planetarum loca in meridie diei præcedentis coniunctionem, ſcilicet ad diem 17. & Solis quidem gr. 24. 21′ ♌. ferè cum diurno motu min. 58, ☿ verò grad. 26. 6′ ♌. cum diurno motu gr. 1. in præcedentia. Quare coniunctis ambobus diarijs motibus ſimul, conficitur ſuperatio diurna gra. 1. 58′. ſuper quam in limbo interiore inuentam accommodo Indicem, & ſubtracto loco Solis à loco ☿ cōficio interuallum horum planetarum gr. 1. 46′. quod in latere ſiniſtro inuentum, dat horas 21. cum triente, & paulò plus.

Huius Quadrantis commoditatem ſentiet quicumque Ephemerides condere volet, nam ſi eum magnitudinis duorum ſaltem pedum faciet, ſupputabit confeſtim omnes aſpectus adeò exactè, vt nullam percipiat differentiam à vero, & à tabularum ſupputatione, & vno die poterit ſupputare aſpectus omnes vnius, vel duorum annorum. Atque vtinam nos ipſum ante compoſitionem noſtrarum Ephemeridū cognouiſſemus, nam fruſtra tantum tempus in ſupputandis aſpectibus non conſumpſiſſemus.

FINIS.

IO. ANTONII MAGINI PATAVINI MATHEMATICARVM IN ALMO BONONIENSI Gymnaſio profeſſoris,

Supplementa Iſagogicarum Ephemeridum.

Reductio motus Solis noſtrarum Ephemeridum ad Tychonicam rationem, ideſt verum Solis locum ex Ephemeridibus noſtris ſupputatum, ſiue etiam ex alijs Ephemeridibus, quæ Copernici, ſeu Prutenicarum Tabularum calculum ſequantur, corrigere vt cum obſeruationibus Tychonis Brahe, quàm proximè conueniat.

DVPLICI de cauſa Copernicus in motu Solis valdè aberrauit, primo quidem ob octauæ Sphæræ motũ non benè exploratum. Etenim cum ipſe ſtellas fixas hoc ſęculo putauerit tardius moueri, quàm ferãt obſeruationes diligentiſſimæ Tychonis Brahe Mathematici præſtantiſſimi: fit vt ob hanc cauſam locus Solis & omnium quoque ſtellarum deficiat à vero ſingulis annis nunc quindecim, nunc ſexdecim ſecundis, quæ differentia euadit inſignior, quo magis à tẽporibus Copernici recedimus, ita vt anno 1636. trientẽ gradus complectatur, & anno 1672. dimidiũ gradus obtinebit. Statuit autẽ Copernicus annuum motum ſtellarum fixarum his temporibus eſſe ſecundorum 36. primo, deinde ſecundorum 35. proximè, at Tycho Brahe ſecundorum 51. cui magis credendum eſt. Quare nos ſubſequentem compilauimus tabellam, vt ex ipſa poſſit colligi, quan-

tum hac cauſa addendum ſit ſingulis locis planetarum ex noſtris Ephemeridibus collectis ad annum quemlibet poſt Copernici radicem. Secundo quoque idem Copernicus inſigniter lapſus eſt in motu Solis ob non bene exploratum Solis Apogæum, ac eccentricitatem. Supponit autem Copernicus Solare Apogæum vltra gr. 9. ♋, licet ex diligentiſſimis Tychonis obſeruationibus non adinueniatur exceſſiſſe grad. 5. cum dimidio ♋, præterea Copernicus facit Solis eccentricitatem nunc par. 1. 56′. qualium Eccentrici ſemidiameter complectitur 60, cum tamen re vera vndecim ſcrupulis maiorem ipſemet Tycho deprehenderit, nimirum par. 2. 9′. Quare vt ſtudioſi in poſterum his Copernicæis numeris circa Solarem motum, quos tanto cum labore olim collegimus, maiore cum fructu vti poſſint, ac minore cum Aſtronomicæ artis iactura, definiuimus ſingulis gradibus totius zodiaci variationem illam, quæ ſuboritur inter Copernici, & Tychonis calculum reſpectu Apogæi, & Eccentricitatis & medij motus Solis. Ingredere itaque cum loco Solis ex noſtris Ephemeridibus, vel ex alijs ex Copernico calculo, vel Prutenicis tabulis ſupputatis ſequentem primam tabellam æquationis Solis ob varietatem Apogæi colligēdo minuta, & ſecunda correſpōdentia ipſi Solis loco, quę quidem addes vel auferes à dicto Solis loco noſtrarum Ephemeridum, & prodibit locus Solis primo correctus ratione huius varietatis, quam efficit Apogæum & Eccentricitas. Poſtremo verò cum annis integris tui propoſiti temporis, ad quod ſupputatus fuit Solis locus, cape quoque ex ſecunda tabella minuta, & ſecunda, quæ proueniunt ex diuerſitate motus octauæ ſphæræ, quæ ſemper addenda ſunt eidem Solis loco poſt annum 1561. ſed ante ſunt auferenda, nam ſic reſultabit verus locus eiuſdē congruēs quàm proximè cum Tychonico calculo, atque cum ipſo cœlo ac obſeruationibus.

Exemplum primum.

Volo reuocare locum Solis calculi Copernici de anno Dom. 1587. die 9. Ianuarij ad calculum Tychonis Brahe. Cum igitur ad dictum temporis momentum detur Solis locus ex Ephemeridibus noſtris in grad. 28. 30′. 51″. ♑ colligo cum hoc ipſo ex priore tabula 23′. 26″. addenda, & ex ſecunda tabella colligo quoque 6′. 37″. ſimiliter addenda, quibus omnibus numeris ſimul inuicem collectis prodit verus locus Solis grad. 29. 0′. 54″. ♑ conueniēns quàm proximè cum obſeruatione, qua per inſtrumenta ad dictum momentum competit locum Solis in gr. 26. 0′. ♑ vt ipſe ſcribit pagina 56 ſuarum Epiſtolarum Aſtronomicarum.

Aliud

Aliud Exemplum.

Proponatur inueſtigandus locus Solis ad diem 23 Septemb. 1603 ſecundum Tychonis calculum ope noſtrarum Ephemeridum in meridie. Quoniam igitur noſtræ Ephemerides exhibent locum Solis in grad. 29. 34′. 56″. ♍ idcirco cum eo ingreſſus primam ſubſequentem tabellam elicio min. 1′. 45″. ſubtrahenda, vt relinquitur locus Solis hac ratione correctus in gr. 29. 33′. 11″. ♍ cui ex ſecunda tabella ſubſequente addo min. 11′. 5″. deſumpta cũ anno 1603 ferè expleto, & prodit locus Solis gr. 29. 44′. 16″. Ephemerides autem motus Solis, quaſi Tycho nobis pro dicto anno communicauit exhibent Solem tunc in grad. 29. 44′. 26″. ♍, & ex Eph. noſtri Supplementi vltimi habetur locus ☉ gr. 29. 43′. 47″. ♍. Non ignoro doctiſſimum virum M. Iacobum Chriſtmannum tentaſſe reductionem motus Solis Prutenicarum Ephemeridum ad calculum Tychonis, ſed infelici ſucceſſu, cum non diſtinxerit has duas varietates ab inuicem, de quibus ſuperius egimus, vt videre eſt apud ipſum in ſuis obſeruationum Solarium libris.

Scias tamen Lector, me in priore editione horũ ſupplementorum Iſagogicarum has tabellas paulò diuerſas ab his, quæ nunc ſtudioſis offerimus, dediſſe, ob cauſam illam, quam canone ſecundo noſtri Supplementi Ephemeridum attulimus, & ſi ſciamus, rationem colligendi verum locum Solis in dicto Supplemento traditã exactiorem eſſe hac, quæ interdum in vno atque altero minuto euariare poteſt, ſicut in dicto canone ſecundo diximus.

Prima tabula Aequationis Solis ob

		♈		♉		♊		♋		♌		♍	
		Adde		Adde		Adde		Adde		Adde		Subtr.	
		M	″	M	″	M	″	M	″	M	″	M	″
0		25	21	20	36	13	41	6	28	0	38	2	21
1		25	14	20	23	13	27	6	14	0	29	2	23
2		25	6	20	10	13	12	6	1	0	21	2	25
3		24	59	19	57	12	58	5	47	0	13	2	27
4		24	51	19	45	12	43	5	33	0	5	2	29
5		24	44	19	32	12	29	5	20	0	3	2	31
6		24	37	19	19	12	14	5	7	0	10	2	32
7		24	30	19	6	11	59	4	54	0	17	2	33
8		24	23	18	53	11	45	4	42	0	24	2	34
9		24	15	18	40	11	30	4	30	0	32	2	34
10		24	7	18	27	11	16	4	18	0	39	2	34
11		23	58	18	13	11	1	4	6	0	46	2	34
12		23	49	17	59	10	46	3	54	0	54	2	34
13		23	41	17	45	10	31	3	43	1	2	2	34
14		23	32	17	31	10	15	3	31	1	9	2	33
15		23	21	17	16	10	0	3	20	1	16	2	32
16		23	12	17	2	9	45	3	8	1	22	2	31
17		23	2	16	49	9	30	2	56	1	28	2	29
18		22	52	16	35	9	16	2	44	1	34	2	27
19		22	41	16	21	9	2	2	32	1	39	2	25
20		22	30	16	8	8	48	2	21	1	44	2	22
21		22	20	15	54	8	34	2	9	1	49	2	19
22		22	9	15	40	8	20	1	58	1	54	2	16
23		21	58	15	26	8	7	1	47	1	58	2	12
24		21	46	15	12	7	53	1	37	2	2	2	8
25		21	35	14	57	7	39	1	26	2	6	2	4
26		21	24	14	42	7	25	1	16	2	10	2	0
27		21	12	14	27	7	11	1	6	2	13	1	57
28		21	0	14	12	6	57	0	56	2	16	1	53
29		20	48	13	56	6	43	0	47	2	19	1	48
30		20	36	13	41	6	28	0	38	2	21	1	43

varietatem Apogæi, & medij motus.

		♎		♏		♐		♑		♒		♓	
		Subtr.		Adde		Adde		Adde		Adde		Adde	
		M	″	M	″	M	″	M	″	M	″	M	″
0		1	43	2	37	9	40	17	25	23	39	26	28
1		1	38	2	49	9	55	17	40	23	48	26	30
2		1	33	3	1	10	11	17	56	23	57	26	31
3		1	27	3	13	10	27	18	11	24	6	26	32
4		1	21	3	25	10	43	18	26	24	15	26	33
5		1	14	3	39	10	59	18	40	24	24	26	33
6		1	7	3	52	11	15	18	54	24	32	26	34
7		1	0	4	5	11	31	19	8	24	40	26	35
8		0	53	4	19	11	47	19	22	24	48	26	35
9		0	46	4	32	11	59	19	35	24	56	26	34
10		0	39	4	45	12	19	19	49	25	3	26	33
11		0	32	4	59	12	35	20	2	25	10	26	32
12		0	24	5	12	12	51	20	15	25	17	26	30
13		0	16	5	26	13	7	20	28	25	24	26	28
14		0 A	7	5	40	13	23	20	40	25	30	26	26
15		0	2	5	55	13	39	20	52	25	36	26	22
16		0	11	6	9	13	54	21	4	25	41	26	20
17		0	19	6	24	14	10	21	16	25	46	26	17
18		0	28	6	38	14	26	21	28	25	51	26	15
19		0	39	6	53	14	41	21	40	25	56	26	12
20		0	49	7	8	14	56	21	52	26	1	26	9
21		0	59	7	23	15	11	22	4	26	5	26	6
22		1	9	7	38	15	26	22	16	26	9	26	2
23		1	20	7	54	15	41	22	28	26	13	25	58
24		1	30	8	9	15	56	22	39	36	16	25	53
25		1	41	8	25	16	11	22	50	26	19	25	48
26		1	52	8	40	16	26	23	1	26	21	25	43
27		2	3	8	55	16	41	23	11	26	23	25	38
28		2	14	9	10	16	55	23	21	26	24	25	33
29		2	26	9	25	17	10	23	30	26	26	25	27
30		2	37	9	40	17	25	23	39	26	28	25	21

Tabula ſecunda Aequationis propter variationem motus octauæ Sphæræ.

Anni	′	″	Anni	′	″	Anni	′	″
1541	5 S	16	1571	2 A	36	1601	10 A	37
1542	5	0	1572	2	52	1602	10	53
1543	4	44	1573	3	8	1603	11	9
1544	4	28	1574	3	24	1604	11	25
1545	4	12	1575	3	40	1605	11	42
1546	3	56	1576	3	56	1606	11	58
1547	3	40	1577	4	12	1607	12	14
1548	3	24	1578	4	28	1608	12	31
1549	3	8	1579	4	44	1609	12	47
1550	2	52	1580	5	0	1610	13	4
1551	2	36	1581	5	16	1611	13	20
1552	2	20	1582	5	32	1612	13	36
1553	2	5	1583	5.	48	1613	13	52
1554	1	49	1584	6	4	1614	14	9
1555	1	33	1585	6	20	1615	14	25
1556	1	18	1586	6	36	1616	14	41
1557	1	2	1587	6	52	1617	14	57
1558	0	47	1588	7	8	1618	15	14
1559	0	31	1589	7	24	1619	15	30
1560	0	16	1590	7	40	1620	15	46
1561	0 A	0	1591	7	56	1621	16	3
1562	0	16	1592	8	12	1622	16	19
1563	0	31	1593	8	28	1623	16	36
1564	0	47	1594	8	44	1624	16	52
1565	1	2	1595	9	0	1625	17	8
1566	1	18	1596	9	16	1626	17	25
1567	1	33	1597	9	32	1627	17	41
1568	1	49	1598	9	49	1628	17	58
1569	2	5	1599	10	5	1629	18	14
1570	2	20	1600	10	21	1630	18	31

De reuolutionibus annuis rectè hoc ſæculo ex Tychonicis fundamentis inſtituendis.

DIſſimulare profectò pro ingenuitate noſtra nequimus, Copernicæam, ac Prutenicarum tabularum rationem multum à veritate in reuolutionibus Solis conficiendis deflectere, & magis quidem, quàm Alphonſinus ferat calculus. Quod cuilibet percurrenti Præſtantiſſimi Tychonis Brahe Progymnaſmata facilè innoteſcet. Quamobrem & ſtudioſos hac quoque in parte adiuuare ſatagimus, quo ex Aſtrologia maiorem percipere queant fructum, nimirum mutuatæ ab eodem Tychone prioris ſuæ reuolutionum Solis tabulæ, quæ præterito ab hinc annorum centenario, atque etiam futuro centenario commodè deſeruit, docendo vſum ac praxim in hunc modum. Ingredere ſubſequentem Tychonicam tabellam cum annis completis, poſt quos reditum Solis ad ſuum radicale initium ſcire optas ſub ſigno ſcilicet, quod Sol in radice obtinet, & colliges in area horas & minuta, quæ ſemper addenda veniunt horis & minutis propoſitæ radicis, vt conſtet temporis momentum, quo Sol ad ſuam epocham, ſeu initium reuertitur. Quod ſi tale aggregatum 24 exceſſerit horas, ipſis quidem à dictomet aggregato reiectis reſiduum pro quæſito reuolutionis momento retinebis. Verum quoniam plerumque accidit Solem non verſari in ſigni initium, idcirco vt exactius horæ & ſcrupula habeantur, notanda erit temporis differentia, quæ ad ſequens ſignum è regione illiuſmet anni conſurgit, de qua ſumenda erit pars proportionalis conueniens gradibus loci Solis. Verum enim verò tutius erit in hac re colligere verum Solis locum, ſecundum Tychonis fundamenta ex ſuperiore noſtra ratione ad vtriuſque temporis momentum nempe radicis, & reuolutionis, ſic enim confeſtim cognoſcetur, an in tempore reuolutionis modo inueſtigato aliquid ſubeat erroris. Poſtremo verò ad hoc tempus reuolutionis conſtruenda erit cœleſtis figura, & ſupputandi planetæ, quemadmodum aliàs docuimus.

Exemplum.

Propoſita ſit radix aliqua ad annum Domini 1584 die 8 Maij hora 12. à meridie, quo temporis momento datur ex noſtris Ephemeridibus locus Solis, gr. 17. 59'. 25''. ♉, & libeat conſtruere reuolutionē anni vertentis 1624, quæ erit 41 currens. Ingredior itaque cum annis

40 com-

40 completis ſeu per tranſactis ſub columna ſigni Tauri, & colligô h.16. mi.9. moxque video è regione eiuſdem anni ſub ſigno ♊ horas 16.m.2. vt differentia, quæ euariat ad vnum ſignum ſit min.7 de qua quidem debetur pro gr. 17.30′. loci ☉ proportionalis pars minu. 4. proximè, quæ ſubducentes ab hor.16. 9′. relinquuntur hor. 16. min. 5. quas quidem addo horis 12 à meridiè ipſius radicis, & proueniunt horæ 28 min.5. à quibus reijcio 24 horas, quæ faciũt integram diem; & reliquum ſunt horæ 4 min.5. poſt meridiem diei 8 Maij, quod ſanè an rectè ſic adinuentum ſit experiri licebit ex ſuperiore noſtra ratione reſtituendi motum Solis noſtrarum Ephemeridum ad Tychonicam ſupputationem. Primo itaque cum loco Solis radicis, nempè cum gr. 17. 59′. 25″. ♉ accipio ex ſupra expoſita prima æquationis Solis tabula min. 6′. 46″. cum titulo adiectiuo, atque cum annis 1583 completis, & menſibus 4 ſumo ex ſecunda tabula, quæ mox primam conſequitur æquationem varietatis motus octauæ ſphæræ, quæ èſt min. 15′. 43″. ſimiliter cum additionis titulo, quas ambas æquationes coniungo cum Solis loco mearum Ephemeridum, qui ſupra dabatur gr. 17.59′.25″. ♉, & componitur verus Solis locus gr. 18.21′. 54″. congruens cum Tychonica ratione. Deinceps verò recurro ad Ephemerides anni 1624. & ad diem 8 Maij, & horam 4. 5′. ſupputo verum Solis locum in gr. 17.48′.53″. ♉, quem mox reduco ad Tychonicam rationem addendo ipſi, tàm æquationem ex prima tabula præcedentis capitis deſumptam, nimirum min. 6. 50′. quàm æquationem ex ſecunda tabula ibidem poſita, quam cum annis 1623 & menſibus quatuor accipio nempe min. 26′. 31″. namque ſic prodit verus Solis locus gr. 18.22′. 14″. ſecundum eundem Tychonem, paucis tantum ſecundis radicis locum excedens, quod certè confirmat reuolutionis ipſius momentum ſatis iuſtè fuiſſe adinuentum.

Tempus introitus Solis in ſingulorum ſignorum initijs ex Tychonicis fundamentis inueſtigare.

VT pro condendis annuis prognoſticis de mutatione aeris tutius procedatur, conſtruendæ erunt cœleſtes figuræ, tam ad introitum Solis in quatuor cardinalia zodiaci puncta pro decernenda quatuor anni temporum qualitate in generali, quàm in ſingulis ſignorum initijs pro particulari conſideratione partium illorum met anni quadrantum, vt dicemus in ſequente tractatu. Fatemur enim

enim hic libenter, calculum Copernici præſtare non poſſe ſtatum cœli conuenientem pro redditu Solis ad ſignorum initia, ſed potius admodum exorbitantem. Itaque ad hoc abſoluendum vtemur radicibus ingreſſus Solis in ſingulorum ſignorum initijs, ad annũ Domini 1600. vt in hac Tabella.

1600	Sol in	D.	H.	M.
♈	Martij	19	18	47
♉	Aprilis	19	9	2
♊	Maij	20	11	50
♋	Iunij	20	22	51
♌	Iulij	22	10	29
♍	Auguſti	22	17	55
♎	Septembris	22	13	10
♏	Octobris	22	19	22
♐	Nouembris	21	13	1
♑	Decembris	20	23	39
♒	Ianuarij	19	3	2
♓	Februarij	17	23	35

Exempli gratia ſit indagandum tempus exactum, quo Sol ingreditur primum ♈ pũctum hoc anno Domini 1607. Cum annis itaque 7. qui effluxerũt poſt dictam radicem anni 1600. colligo h.16.40′.& has quidem addo diebus 19. Martij & h.18.47′. radicis ingreſſus Solis in primum ♈.punctum radicalis anni 1600. & proueniunt dies 20. cum horis 11. 27′. Itaque ad dictum momentum Sol peruenit ad ♈ initium, licet Prutenicus calculus prodat huiuſmodi ingreſſum contingere die 21. Martij h.2.21.P.M. hoc eſt horis 14.54′. tardius, quæ profecto differentia intolerabilis eſt. Sed videamus modo an hæc operatio ritè abſoluta ſit. Datur itaque ex noſtris Ephemeridibus ad hoc temporis momentum nunc exploratum, hoc eſt ad diem 20. Martij anni 1607.& hor.11.27′.locus Solis in gr.29.23′.3″. ♓, & æquatio ex prima Tabula præcedentis capitis eſt m.25.′25″.adiectiua. Similiter quoque datur ſecunda æquatio ex ſecunda Tabula min. 12′.0. collecta cum annis 1606.completis. Vnde horum numerorum aggregatum manifeſtat verum Solis locum in gr.0.0′.28″. ♈, excedens nimium perpaucis minutijs ſecundis ♈ initium. Cæterum hoc ipſum adinuentum tempus corrigendum erit per Tabellam æquationis dierũ naturalium, de qua in ſequente capite. Si ad ſupplementum vltimum Ephemeridum recurres, exactiſſimum habebis Solis calculum.

Ecce autem reuolutionum Solis Tychonica Tabula.

Tabula Tychonica pro reuolutionibus ☉

		♈		♉		♊		♋		♌		♍	
		H	M	H	M	H	M	H	M	H	M	H	M
1		5	48	5	48	5	48	5	48	5	48	5	49
2		11	37	11	36	11	36	11	36	11	37	11	37
3		17	26	17	25	17	24	17	24	17	25	17	26
4		23	14	23	13	23	12	23	12	23	13	23	14
5		5	3	5	1	5	0	5	0	5	1	5	3
6		10	51	10	49	10	48	10	48	10	50	10	52
7		16	40	16	37	16	36	16	36	16	38	16	40
8		22	28	22	26	22	24	22	24	22	26	22	29
9		4	17	4	14	4	12	4	13	4	15	4	17
10		10	5	10	2	10	0	10	1	10	3	10	6
11		15	54	15	50	15	48	15	49	15	51	15	55
12		21	42	21	38	21	37	21	37	21	39	21	43
13		3	31	3	27	3	25	3	25	3	27	3	32
14		9	19	9	15	9	13	9	13	9	16	9	20
15		15	8	15	3	15	1	15	1	15	4	15	9
16		20	56	20	51	20	49	20	49	20	52	20	58
17		2	45	2	40	2	37	2	37	2	40	2	46
18		8	33	8	28	8	25	8	25	8	29	8	35
19		14	22	14	16	14	13	14	13	14	17	14	24
20		20	10	20	4	20	1	20	1	20	5	20	12
21		1	59	1	52	1	49	1	49	1	53	2	1
22		7	47	7	40	7	37	7	38	7	41	7	49
23		13	36	13	29	13	25	13	26	13	30	13	38
24		19	24	19	17	19	13	19	14	19	18	19	26
25		1	13	1	5	1	1	1	2	1	6	1	15
26		7	1	6	53	6	49	6	50	6	54	7	3
27		12	50	12	42	12	37	12	38	12	43	12	52
28		18	39	18	30	18	25	18	26	18	31	18	41
29		0	27	0	18	0	13	0	14	0	19	0	29
30		6	16	6	6	6	1	6	2	6	7	6	18
40		16	31	16	9	16	2	16	3	16	10	16	25
50		2	26	2	11	2	2	2	3	2	13	2	31
60		12	31	12	13	12	3	12	4	12	15	12	37
70		21	36	22	15	22	3	22	5	22	18	22	43
80		8	41	8	17	8	4	8	5	8	20	8	49
90		18	47	18	19	18	4	18	6	18	23	18	55
100		4	52	4	22	4	5	4	7	4	26	5	2

Tabula Tychonica pro reuolutionibus ☼

		♎		♏		♐		♑		♒		♓	
		G	M	G	M	G	M	G	M	G	M	G	M
1		5	49	5	49	5	49	5	49	5	49	5	49
2		11	38	11	38	11	39	11	39	11	38	11	38
3		17	27	17	28	17	28	17	28	17	28	17	27
4		23	16	23	17	23	18	23	17	23	17	23	15
5		5	5	5	6	5	7	5	7	5	6	5	4
6		10	54	10	56	10	57	10	57	10	55	10	53
7		16	43	16	45	16	46	16	46	16	44	16	42
8		22	32	22	34	22	36	22	36	22	34	22	31
9		4	21	4	23	4	25	4	25	4	23	4	20
10		10	10	10	13	10	14	10	14	10	12	10	9
11		15	59	16	2	16	4	16	4	16	1	15	58
12		21	48	21	51	21	53	21	53	21	51	21	48
13		3	37	3	41	3	43	3	43	3	40	3	36
14		9	25	9	30	9	32	9	32	9	29	9	25
15		15	14	15	19	15	22	15	22	15	18	15	13
16		21	3	21	8	21	11	21	11	21	8	21	2
17		2	52	2	58	3	1	3	1	2	57	2	51
18		8	41	8	47	8	50	8	50	8	46	8	40
19		14	30	14	36	14	40	14	40	14	35	14	29
20		20	19	20	26	20	29	20	29	20	24	20	18
21		2	8	2	15	2	19	2	19	2	13	2	7
22		7	57	8	4	8	8	8	8	8	3	7	56
23		13	46	13	54	13	57	13	58	13	52	13	45
24		19	35	19	43	19	47	19	47	19	41	19	33
25		1	24	1	32	1	36	1	36	1	31	1	22
26		7	13	7	22	7	25	7	26	7	20	7	11
27		13	2	13	11	13	15	13	15	13	9	13	0
28		18	51	19	0	19	4	19	4	18	59	18	49
29		0	40	0	49	0	53	0	54	0	48		38
30		6	29	6	58	6	43	6	43	6	37	6	27
40		16	39	16	51	16	58	16	58	16	49	16	36
50		2	48	3	4	3	12	3	12	3	1	2	45
60		12	58	13	17	13	27	13	27	13	14	12	54
70		23	8	23	30	23	41	23	41	23	26	23	3
80		9	17	9	43	9	56	9	56	9	38	9	12
90		19	27	19	55	20	10	20	10	19	51	19	21
100		5	36	6	8	6	25	6	25	6	4	5	30

De temporis æquatione Tychonica ratione inæqualitatis dierum naturalium.

DE huiuſmodi temporis æquatione egimus capite ſecundo partis ſecūdæ Iſagogicarum noſtrarū Ephemeridū primo & ſecundo æditarum, vt nō ſit opus hic aliud de hac re repetere, ſed ſolum ſtudioſos admonere, noſtrā illam ęquationum dierum Tabulam, quam ſecundum Copernici, & Prutenices Canones dedimus non admodum conuenire, ſed eius loco vtendum eſſe ſequente tabella, quam ex Tychonis primo ſuorum progymnaſmatum libro deſumpſimus, cuius vſus eſt ad eundem modum ſicut de altera Prutenicæa Tabula diximus.

Quare vtemur hac tabella ad coęquandum tempus introitus Solis in initium alicuius ſigni ex ſupra poſito capite adinuentum, ingrediendo ſcilicet hanc ipſam tabellam cum gradu loci Solis à latere & cum ſigno in fronte: nam ex area obtinebis minuta temporis addenda vel ſubtrahenda à tempore propoſito ſecundum frontalis tituli indicationem.

Sequitur Tabella.

Tabella æquationis dierum naturalium Tychonica.

	♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓
	Subtrahe				Subtrahe					Adde		
	M.	M.	M	M	M.	M.	M.	M.	M.	M.	M.	M.
0	0	8	12	7	2	6	16	24	21	8	5	7
1	0	9	12	6	2	6	17	24	21	7	5	7
2	0	9	12	6	2	6	17	24	21	7	5	7
3	1	9	11	6	2	6	17	24	20	6	6	7
4	1	9	11	6	2	7	17	24	20	6	6	7
5	1	9	11	6	2	7	18	24	20	5	6	7
6	1	10	11	5	2	7	18	24	19	5	6	7
7	2	10	11	5	2	8	18	24	19	4	6	6
8	2	10	11	5	2	8	18	24	19	4	6	6
9	2	10	11	5	2	8	19	24	18	4	7	6
10	3	11	11	5	2	9	19	24	18	3	7	6
11	3	11	10	5	2	9	19	24	18	3	7	6
12	3	11	10	4	2	9	20	24	17	2	7	6
13	4	11	10	4	2	10	20	24	17	2	7	5
14	4	11	10	4	3	10	20	24	16	2	7	5
15	4	11	10	4	3	10	21	24	16	1	8	5
16	5	11	10	3	3	11	21	24	15	1	8	5
17	5	11	9	3	3	11	21	24	15	0	8	4
18	5	11	9	3	3	11	21	24	14	Adde	8	4
19	5	12	9	3	3	12	22	24	14	1	8	4
20	6	12	9	3	3	12	22	23	13	1	8	4
21	6	12	9	3	3	12	22	23	13	2	8	3
22	6	12	8	3	4	13	22	23	12	2	8	3
23	7	12	8	3	4	13	23	23	12	2	8	3
24	7	12	8	2	4	13	23	23	11	3	8	2
25	7	12	8	2	4	14	23	23	11	3	8	2
26	7	12	8	2	5	14	23	22	10	3	8	2
27	8	12	7	2	5	14	23	22	10	4	8	1
28	8	12	7	2	5	15	23	22	9	4	8	1
29	8	12	7	2	5	15	24	22	9	4	8	1
30	8	12	7	2	6	16	24	21	8	5	7	0

Supplementa Iſagogicarum

ASTROLOGICAE

CIRCA AGRICVLTVRAM

Obſeruationes, & præcepta.

NOn eſt dubitandum Aſtrologicas inſpectiones, & obſeruationes plurimum adiumenti Agriculturæ pręſtare, cum arbores, plantæ, ac herbæ omnes cęlis ipſis ſubdantur. Enimuerò certum eſt, vt ait Lucius Bellancius in ſuis Aſtrologicis quæſtionibus, præter quaſdam herbas, quę folia ſua augent & minuunt ſecundum luminis Lunæ augumentum, aut decrementum plantas complures inueniri tot annis fructus emittentes, quot diebus à Solis coniunctione Luna diſceſſerit, cum plantatæ fuere, quod vnuſquiſque facilè in arbore, quę mala granata mittit, poteſt ęxperiri, notando videlicet dies in ea tranſplantanda, quot præterierint poſtquam Luna è Solis radijs exierit. Præterea & quotidiana quoque Agricolarum experientia conſtat, nutritiuam & augumentatiuam virtutes in plantis ac herbis varie à cœleſtibus corporibus, & præſertim à Luna affici ac foueri: ſi quidem hæ ipſæ, dum Luna lumine decreſcit, inſertæ ab earundem diſpoſitionibus magis diſtare comperiuntur, quàm ſi aucto lumine id actum fuiſſet, & ſi vites etiam, dum Luna ſeneſcit, potentur, breuiores quidem ramos tunc germinant, quàm potatæ vbi Luna fuerit lumine aucta, quæ tunc robuſtiores ac prolixiores ferunt ramos.

Primo itaque in Agriculturæ operibus, & præcipuè in ſeminationibus ante omnia habenda eſt ratio qualitatis, & naturæ terræ colendæ, ſeminumque in terram proijciendorum, arborum plantandorum, ſurculorumque inſerendorum, ac inſuper vniuerſalium temporum naturæ. Nam ſi in terram humidam, aut ſemen humidum ſeminare, aut plantare volueris, id teſte Plinio, ſub interlunio decreſcente Luna commodius facies. Si verò in terram aridam, aut ſemen aridum, & ſicum ſerere aut ſeminare fuerit propoſitum, tunc quidem eligenda erit Luna lumine ſuo creſcens propè plenilunium. In vniuerſum autem Luna aucta lumine, & velox præſtat magis ad ſeminationem, quoniam ſi fuerit vel ſub Solis radijs, vel decreſcens, & motu tarda, ſignificat ſeminis diminutionem, neque de ipſo naſci niſi modicum, quare à tertia vel quarta ipſius die vſque ad 20 circiter bonum eſt eligere Lunam reſpectu habitudinis eius ad Solem, quę ſi ſupra terram

exiuerit

extiterit melius erit. Sed & in ipſa Luna hoc quoque obſeruandum eſt in ſeminando,vt ſcilicet ſit beneficis configurata, vel ipſis exiſtentibus ſupra terram præſtet vim, neque ſit Luna ipſa à maleficis impedita,vel planetæ retrogrado configurata. Præterea in ſeminatione debet eſſe aſcendens ſignum mobile,vel commune,& eius dominus ac etiam Luna in ſignis mobilibus; vel communibus terreis vel ſementum,ſed ſi fuerit Luna in ♈, oportet quod ipſam aſpiciat planeta de ſigno aquatico. Signa autem ♋ & ♑ laudantur ad hoc opus,& ♍ præ cæteris terreis ſignis, ♉ quoque ex frixis laudatur, ſed tamen ratificat ſemen ſecundum quantitatem eius,quod ſeminatur, vnde opus erit maiorem ſeminis copiam tunc ſpargere. Vltima medietas ♐ & ſignum totum ♓ laudantur quoque. Demum verò ſit aſcendentis dominus liber à malis: nam ſi fuerit ab illis impeditus,inueniet ipſum ſemen impedimentum, aut diminutionem.

Præter hæc autem omnia ad Saturni ſydus diligēter proſpiciendum eſt,quippe quod naturalem ſuper Agriculturam dominium ſibi vendicat: præeſt enim plantis & herbis, non quia, vt ait Cardanus frigiditas eius faciat ad plantarum generationem, nihil enim minus, ſed quia prohibet frigiditate ſua vermium generationem, & ſeminis putredinem,à quibus ſemina ipſa corrumpuntur ac infrugifera euadunt. Quáobrem debet ipſe Saturnus in bono ac conuenienti cœli loco collocari, fauſtaque ad Lunam ac ad reliquas ſtellas configuratione.

Poſtremo verò Mars nullo prorſus aſpectu aſcendens, vel Lunam debet reſpicere, nec horoſcopum, aut præſtantem aliquem in figura cęli locum occupare,ſed potius debilem ac cadentem locum,& præſertim infra terram.

Non eſt autem & hoc valdè notatu dignum prætereundum, nempe malum eſſe ſeminare tempore Eclipſis Solis vel Lunæ, quia vel nullus inde prouenit recollectus, vel exiguus; mortificatur enim ſemen & adnihilatur.

Cum arbores plantare volueris ſit aſcendens ſignum firmum vel fixum abſque Martis aſpectu, ſitque ♄ in domo bona, & ſi fuerit in aſpectu Lunæ amico melius erit. Sit dominus ſigni aſcendentis vel in ipſo aſcendente, vel in decima, aut det vim planetæ,qui ſit in illis locis, & Luna quoque ſit in bono cœli loco vadens à coniunctione ad Solis oppoſitionem.

Deinde conuenit etiam Lunam reperiri in ſigno fixo, excepto tamen ♏, inter quæ ſigna præſtat magis ♉, inde ♒, poſtea ♌, ſitque Luna non impedita à malis, ſed in bono aſpectu ♀, & ſi non poteſt haberi Luna in ſigno fixo,ſit ſaltem in ♓, vel ♍, & ipſam aſpiciat aliquis planeta de ſigno aqueo. Præterea confert, vt Saturnus ſit fortis, directus, & dignificatus, & in prima domo vel vndecima, vel quinta,

vel

vel ſecunda. Quod ſi Iupiter reſpexerit etiam Saturnum melius erit, & eo magis ſi Iupiter ipſe fuerit in prima, vel alijs conuenientibus domibus. Sint quoque dominus aſcendentis & Luna orientales à Sole, & aſcendentes in mundo ac in ſuis orbibus, nam hoc confert valde vt arbores quæ plantantur, vel tranſplantantur, cito creſcant. Cum autem Luna in ſignis terreis fuerit reperta vbi præcipuè poteſtatem habet tempore plantationum plantæ ipſæ fortiores radices, potentioresque partes ſubterraneas gignent. Contrà ſi in ſignis aereis extiterit plantæ quidem ipſa ramos amplos diffundent, magiſque ſurſum quam quod ſibi deorſum eſt augebitur. Sed & à Cardano has ſequentes accipe præceptiones.

Luna in ♉, ♍, ♑, in aſpectu ♄ conuenienti, ſere aut planta, aut etiam deijcito, ſuffoditoque vineas reſecturas.

☉ in ♎ vel ♒ hortos cole, & conſita, ac arbuſta.

Vites ſi purgaueris Luna plena lucente in ♉, ♌, ♏, vel ♓, nec ſorices, nec volucres vuas infeſtabunt.

Caue ne decreſcente Luna, aut latente arbores inſeras.

Acria ne ſeras, aut colligas, aut reponas, niſi Luna infra terram exiſtente.

Oues melius creſcente Luna tondentur.

Frumenta & cæduam ſyluam ad opus decreſcente Luna metes, aut ſecabis, ſi diligentius ad opera egregia vltima quarta, melius autem longè ſi interlunij die, optimum omnium, & ad æternitatem faciens, ſi is in nouiſſimum brumæ incidat, Saturnuſque reſpiciat, & ſub terra ſit Luna, cariem enim non ſolum non ſentiunt, ſed duriſſima redduntur.

Syluam autem ad ignis materiam, ac lucos, & quæcumque celeriter creſcere denuo cupis, nulla reſecti habita cura, Luna ſupra terram in prima quarta Veneri, aut Ioui iuncta cedes.

Plenilunia Lunæ putrefaciunt fruges, & triticum, & occidua Luna ſeruat cedua ligna.

Faba ipſa plena Luna ſeri debet, ſed lens poſt diuiduam Lunam vltimam, quo tempore & amuleta doloris capitis auelli ſolent, vt plantaginis radices.

Omnis inceptio facta, quando planeta retrogradus Lunæ fuerit coniunctus, citò deſtruitur: & ad peius eſſe deuenit, cum fuerit impedita.

Cum Luna in ♈ coierit, liquida conſeruat, maximè in frigidis regionibus, cum in ♌ farinam maximè in calidis regionibus.

Plinius prætereà aſſerit arborem ad materiam optimè ſterni in coitu Lunæ ſeu interlunio, & melius ea ſub terra exiſtente, optimè ſub nouiſſima bruma, deinde ſub exortu canis.

Seruanda eſt Luna infra terram in obruendo vel eruendo allio vel

vlpico

vlpico, vt ait Columella, nam ſic ſata, & rurſus ſic recondita exiſtimantur, neque acerrimi ſaporis exiſtere, neque mandentium halitus inodorare.

Alij dicunt à Luna decimaquinta vſque ad vigeſimam ſecundam, id eſt in tertia Lunæ quadra, arbores excindi debere, ex quibus ædificia quæque, aut opera publica fabricanda ſunt, his enim tantum octo diebus cæſa materies immunis ſeruatur à carie, & poſt ſolſtitium æſtiuum vſque ad Kalendas Ianuarij melius eſt, vt talis materia cædatur quo robuſtiora, ſolidioraque euadant.

Stercorantur potiſſimum campi menſe Februario Luna creſcente pro colligenda magna fœni copia, ſed pro colligendis vberioribus ſeminibus, dum ſtercorantur debet eſſe Luna decreſcens.

ASTROLOGICA PRAECEPTA ET OBSERVATIONES ad nauigatoriam artem.

PRIMO in omni nauigatione & itinere per aquam reſpiciendum eſt ad Lunæ ſtatum. Obſeruando ne ipſa impedita ſit à maleficis ſtellis Saturno, vel Marte, vel à pleiadibus, hiadibus, vel à corde Scorpij, capite Meduſæ, aut alijs fixis maleficæ naturæ, non ſit Luna ipſa in aſcendente, quoniam ipſa inimicatur præcipuè aſcendenti, & itineranti, tuncque timetur ipſius infirmitas in corpore, aut ſaltem labor ægritudini ſimilis, aut æquipollens: nec ſit eadem Luna in ſexta domo, quoniam timenda tunc erit etiam infirmitas: nec in octaua, quia ibidem adducit metum mortis, & eo fortius hæc quæ diximus ſignificat Luna ſi ipſa receperit aliquem dominum illarum domorum. Non ſit Luna in via combuſta, aut lactea, quia tunc præſagit itinerantem in illa peregrinatione ægrotare, vel aliquas graues moleſtias pati: caue etiam ne Luna ſit ſub terra, niſi fuerit in tertia, vel quinta domo à malis libera & beneficis configurata. Non ſit Luna in ſigno vbi à dignitate cadit, hoc eſt vel in ♏ vel in ♑, & præcipuè ♏ eſt ſignum horribile in itineribus per mare propter poteſtatem Martis in illo, & caue præſertim ne ſit interlunium vel Eclipſis tempus, quia vtrumque noxium & horribile eſt, neque etiam ☉ reperiatur prope ☊ vel ☋. Sit autem Luna præcipuè in decimo, vel vndecimo, aut nono loco, aut etiam in ſeptimo ſupra terram, & ſi haberi non poterit ſupra terram eligatur ipſa, vt diximus in tertia, vel quinta domo, in alijs autem nullo pacto. ſit præterea ipſa in ſigno aqueo, & præſertim in ♋, tunc enim bonum eſt nauim ingredi, ſigna quoque mobilia valdè in itineribus accommoda ſunt, præſertim ♈ ſi fuerit fortunata in illo, celeritatem enim & reuerſionem indicant, & ſic apta etiam ſunt bicorporea, non autem fixa: ſit quoque Luna ſi fieri poteſt in medietate Septentrionali Zodiaci, & in latitudine aſcendens, atque etiam aucta lumine, & optimum erit Lunam ipſam coniunctam eſſe corporaliter vel aliquo radio △ vel ⚹ cum ♃ aut ♀, & ſic quoque in antiſcio, aut etiam in quadrato eorundem planetarum cum receptione ex angulo. Quod ſi haberi non poterit Lunam in fęlici ſtatu, ſed impeditam, nec poterit differri iter, ſtudendum erit pro eligenda hora in qua ipſa Luna cadat ab angulis, & ſi fieri poteſt deprimatur etiam planeta qui Lunam impedit, eligendo ſcilicet tempus, in quo ipſe præci-

præcipitetur ab angulis, neque vero tunc conuenit Lunam ſic infortunatam reſpicere horoſcopum, ſicut quando fortunata eſt, ſed debet eſſe ſeparata ab aſcendente, & nullum in eo dominium debet habere.

Præterea hæc ſequentia præcepta ſedulò obſeruentur.

Non incipias nauigationem domino aſcendentis, vel loci Lunæ in ſexta, vel octaua, vel duodecima exiſtente; timetur enim tunc carcer, vel morbus, vel mortis periculum.

Iter ne ſuſcipias exiſtente Luna cum planeta retrogrado aut dominus aſcendẽtis ſit retrogradus aut cum planeta retrogrado, nam aut infortunium continget in itinere, aut nimis prolungabitur.

Si nauis debeat proficiſci ad bellum, non diſcedas ſimul cum naui ſi dominus ſeptimi loci fuerit fortis, ac familiaritatem habuerit cum domino aſcendentis. Nec dominus aſcendentis debet eſſe infortunatus à domino ſeptimi vel iens ad eum.

Bonum eſt iter per aquas ſuſcipere, cum fuerit aſcendens ſignum aqueum, & dominus eius angularis, vel in bona domo, & à maleficis liber, & melius erit ſi & Luna congruè ſe habuerit, vt ſupra diffusè diximus.

Caue in itinere per aquam ne Saturnus dominetur, niſi ſit in bono aſpectu Iouis, qui poteſt eius malitiam infringere, & præcaue ne Saturnus ſit in aſcendente, aut in ſigno aqueo, nec congrediatur cum Luna, niſi forſan interueniant beneficæ.

Cum iter per aquas ſuſcipis, aut nauis à portu diſcedit, caue ne ſint in aſcendente pleiades, aut orionis imago, aut aliæ ſtellæ procelloſæ, ne ſit in ſeptimæ angulo Delphinus, aut Argo nauis, tunc enim naufragia & tempeſtates in mari timenda ſunt.

Caue ne malefici planetæ ſint angulares, & benefici deiecti, ſed ♃ vel ♀ ſit in horoſcopo, vel etiam ☿ benè diſpoſitus.

Dominus aſcendentis in coniunctione, vel amico aſpectu domini tertiæ, vel nonæ domus bonus eſt, præſertim ſi inter ipſos fuerit receptio.

Si planeta beneficus aſpexerit domum tertiam, vel nonam ac eius dominos bonum eſt, abſentibus ab iiſdem maleficis.

Sol in prima domo malus eſt, niſi fuerit in ♈ vel ♌, & malum etiã eſt luminaria ambo eſſe impedita vel malè affecta.

Cum Luna fuerit ad initium nauigationis in quarta domo ſignificat longam moram extra patriam.

Luna diſcedens ab vna benefica, & properans ad aliam proſperitatẽ in itineribus à principio ad finem ſignificat.

Augumentatio luminis Lunæ ſignificat quod viator perueniet velociter ad locum ad quem ire intendit, & Sol quoque in oppoſitione ♃, ſignificat reuerſionis velocitatem.

Non ſit Luna in loco quem in geneſi maleficus planeta occupat, nec aſcendat ſignum infeſtatum in ipſa genitura, nec aſcendens genituræ cum eius domino malè ſe habeant, tunc cum natus iter ſuſcipit ſiue per aquam ſiue per terram.

Non congrediatur Luna cum ſyderibus procelloſis vt orion, arctu-rus, vterque canis, hædi, hircus.

Poſtremo verò ſi obſeruabitur mutatio temporum ex congreſſibus planetarum, ac eorum dominio in lunationibus, bonum erit pro itinerante vt effugiat nauigationem illis temporibus, quando timendæ ſunt tempeſtates maris, ac procellæ.

IO. ANTONII MAGINI
PATAVINI
MATHEMATICARVM
IN ALMO BONONIENSI
Gymnaſio profeſſoris,

De mutatione aeris libellus.

De prognoſticis, ſeu prædictionibus aeris in generali à dominio ſtellarum in ſingulis anni quadrantibus deſumptis. Caput I.

ASTROLOGIAE cognitionem, quæ de temporũ mutationibus agit, non minus neceſſariam eſſe, quàm difficilem oĩbus in confeſſo eſt, ob multa, quæ extra Aſtrologiæ methodica præcepta conſideranda veniunt, quorum præcipua ſunt regionis ſitus ac proprietas; videmus enim ex vna eademque conſtellatione eundem prorſus non contingere effectum vbique locorum, ſed eodem temporis momento, quo in calidis regionibus pluuiæ decidunt, in ſeptentrionalibus ſeu frigidis locis niues prodire; deinde ventorum ratio, ſi quidem quotidie experimur, mutationem temporum potiſſimũ ex ventis contingere, quorum cauſæ, origines, ac qualitates obſtruſæ admodum ſunt mutabileſque ac incertæ. Accedit demum varia ſtellarũ fixarum ad ſingulos horizontes habitudo, vnde contingit vt ſingula terræ loca ſuas peculiares habeant ventorum ac tempeſtatũ vices ad ſtatos ferè dies redeuntes, quas tamen intendere, aut remittere planetarum variæ habitudines ſolent, & ſingulis ſæculis variationem has ſubire ob propriũ ſtellarum fixarum motum omnibus Aſtronomiæ peritis conſtat. In dijudicandis autem aeris ac temporum mutationibus Ptolomæi veſtigijs præcipuè inhæremus, qui capite decimo, & ſequentibus ſecundi ſui Apoteleſmatici hanc materiam ſolidis principijs pertractat, relictis Arabũ ac ſuperſtitioſorum nugis ac vanitatibus: vbi in primis pertractandum eſſe de ſingulis quatuor anni temporibus in genere conſuluit, quæ quidem à motu Solis annuo, dum quatuor percurrit zodiaci quadrantes

præci-

præcipuis punctis, ſeu notis æquinoctialibus, & tropicis diſtinctos, pendent: ita quidem vt de vnoquoque anni quadrante pro diſpoſitione aeris illius temporis ſeparatim agamus, tribuendo ſingulis ſua propria principia, à quibus annuatim quaſi renaſcendo generalem quandam diatheſim capiant: Deinde de ſingulis ſynodicis menſibus ſingulorũ anni temporum, & eorum quadrantibus particularitér agendum eſt, vt intenſiones, ac remiſſiones qualitatum generalium anni quadrantum cognoſcamus: demum verò conſiderationibus his adijciendæ ſunt illæ mutationum aeris indicationes, quæ ſingulis diebus particulariter depromi poſſunt.

Primo itaque perpendenda ac examinãda eſt luminarium ſynodus, vel oppoſitio, quæ immediatè præcedit Solis introitum in primum cuiuſlibet quadrantis punctum, vt pro veris diſpoſitione in genere præcognoſcenda, conſideretur coniunctio, vel oppoſitio luminarium, quæ introitum Solis in primũ æquinoctij vernalis punctum quod eſt Arietis initium, præcedit, & pro æſtatis qualitate dignoſcenda accipiatur luminariũ ☌ vel ☍ immediate antecedens Solis appulſum ad primũ ♋, ſeu tropici æſtiui punctum: pro autumno illa, quæ præcedit ingreſſum Solis in Aequinoctij vernalis punctũ, quod eſt ♎ initium: ac denique pro hyeme illa, quæ præit Solis acceſſum ad brumale ſolſtitium, ſeu ♑ initium. Quòd ſi ☌ vel ☍ illa, quæ præcedit Solis ingreſſum in Cardinale aliquod punctum fuerit Ecliptica eo efficacior erit, & præſtantior.

Secundo examinentur Eclipſes anni præteriti, ſeu etiam inſtantis anni, quæ occurrunt ante ingreſſus Solis in Cardinalia puncta, ſiue vna fuerit, ſiue plures; an ſcilicet ſuos effectus producturæ ſint aliquo ex illis quatuor temporibus, & quos.

Tertio conſtruantur quatuor cęli figuræ ad introitum Solis in quatuor illa zodiaci principalia puncta, non quidem ex Coperniceo, aut Alphonſino calculo, qui ambo valdè à vero deflectunt; ſed ex Tychonica motus Solis reſtitutione, quemadmodũ docuimus paulò ſupra in hoc volumine. Quòd ſi quoque luminarium iam memoratas ſyzygias immediatè ęquinoctia, & ſolſtitia præcedentes ex eodem Tychonis calculo petes, tutius procedes; ſic namque habebis octo cęli figuras principaliter penſitandas pro iudicio vniuerſali totius anni præter illas Eclipſium, hoc eſt duas pro vere, duas pro æſtate, duas pro autumno, ac totidem pro hyeme.

Ex his igitur colligenda ſunt teſtimonia caliditatis, vel frigiditatis, humiditatis, vel ſiccitatis præualentis conferendo has qualitates cum vniuerſalibus proprietatibus ſingulorum temporum anni, tamquam eorum intenſiones & remiſſiones, vt videlicet cognoſcatur, an qualitates generalium temporum à communi ſua diſpoſitione, quæ eſt quod ver perpetuo ſit calidum & humdium, æſtas calida & ſicca, autumnus

nus frigidus & ſiccus, & hyems frigida & humida, notabiliter deficere, vel eandem inſigniter tranſcendere debeant. hoc autem fiet perpendendo naturam ſtellarum dominantium, pro vt fuerit ipſorum inuenta facultas & potentia promouendi, aut impediendi communes & generales illas partium anni diſpoſitiones. hæ autem ſunt illæ ſtellæ, quæ in thematibus ſyzygiarum Solis & ☽ æquinoctialia, & ſolſtitialia puncta immediatè præcedentium, atque in thematibus introituum Solis in dicta quatuor principalia puncta dominatus præſtantiam obtinent, & hæ profecto integram anni quartam diſponere in vniuerſum ac ligare ſecundum eorum conditionem ac ſignificationem valent.

Methodus autem adinueniendi has diſpoſitrices ſtellas præpollentes eſt, vt poſt erectas pro vno quoque anni quadrante binas figuras quarum vna ſit ad tempus, quo Sol in punctum zodiaci cardinale ingreditur; altera ad tempus ſyzygiæ luminarium immediatè iam dictum ingreſſum antecedentis, conſiderentur hæc loca, nempe primo locus vtriuſque luminaris coniuncti, ſi ipſa ſyzygia fuerit coniunctionalis, vel locus luminaris potentioris, ſi hęc ipſa fuerit præuentionalis; quod erit illud, quod ſupra horizontem fulſerit, ſed ambobus luminaribus horizonta luſtrantibus euadet illud præſtâtius, quòd propè ortiuum cardinem conſtituetur. Secundo angulus ſeu cardo cœli immediatè iuxta ſignorum ordinem ſequens locum ☌ luminarium, vel locum luminaris præpotentis in ☍. Tertio horoſcopus, ſeu ortiuus cardo, nam quamuis ille à Ptolemæo prętermittatur in hoc negotio, à multis tamen non ſine fundamento recipitur vt ille, qui ſemper magnam obtinet efficaciam in quacumque Aſtrologica conſideratione.

Deinde in figura introitus Solis in cardinale punctum conſideretur locus ipſius Solis, angulus ſeu cardo immediatè poſt locum Solis, & horoſcopus. Quicumque igitur de planetis pluribus potioribuſque prorogatiuis in omnibus his locis præpolluerit, is quidem euadet gubernator ſeu diſpoſitor illius temporis ſeu quadrantis anni. Sunt autem prorogatiuæ ſeu dignitates, quas planetæ obtinere debent quinque, potentia & robore inter ſe differentes, quarum prima eſt congreſſus, ſeu configuratio per applicationem aut defluxum, & potentior quidem eſt corporeus congreſſus ſeu per præſentiam, deinde diametralis radiatio, inde quadrata poſtea trigona, & vltimo loco hexagona, & per antiſcium. Secunda eſt dignitas domus, tertia eſt altitudinis, quarta triangularitatis, & vltima finium. Quicumque igitur planetarum, tum configurationibus, tum huiuſmodi dominationum generibus plura potioraque ſuffragia in ſuperius commemoratis locis adeptus fuerit, is ſolus euadet dominator. Quod ſi duo vel plures ſint pla-

netæ, qui in dictis locis prærogatiuas numero pares, & potentia æquales obtinentes ad hoc ius exercendum aſpirent; tunc omnes quidem recipiendi ſunt, ſed tamen anteferendus reliquis erit ille, qui magis in locis luminarium dominabitur, vel eis configurabitur, & qui reſpectu ſitus ſui in mundo, & loci, quem poſſederit, potentior euadet, vt ſcilicet angularis vel cardini propinquior remotiori à cardine præferatur: Orientalis Occidentali, dignificatus in proprio loco peregrino, ſectæque per conditionem temporis potens impedito. Inde verò reliquum vel reliquos tanquam participes dominij, ſed inferiores huic ſubijciemus.

Diſpoſitionibus itaque generalibus vniuſcuiuſque quadrantis anni hoc modo electis, qui prædominare apti ſint toto illo tempore, conſiderabis deinceps, quæ ſit eorum vis ac poteſtas, tùm reſpectu propriæ naturæ ac ingenij, tum ex habitudine eorundem ad proprios circulos & ad Solem, tùm ad ſigna, quæ ipſi occupant, & quibus configurationibus cum alijs planetis aſſocientur, & cum quibus fixis ſtellis exoriantur & occidant: nam his omnibus diligenter perſpectis, facultates ac proprietates eorum eruemus, quas ad communem propoſiti quadrantis anni diatheſim aptabimus, vt quæ in ipſo qualitates exuberare, & quæ ſuppreſſæ deficere debeant, cognoſcamus.

Cæterum admoneo præter hos generales temporum anni dominos non negligendos eſſe planetas cum luminaribus configuratos in vtroque themate, & qui angulos præcipuos in ijſdem poſſident, enimverò eorum vis maxima eſt in mutatione aeris, quin etiam magnifaciendi ſunt tranſitus trium altiorum ſeu tardiorum planetarum, qui non minimam obtinent in alterandis anni quadrantibus partem. Poſtremo verò qualitas ſignorum animaduertenda eſt, quæ in vtroque aſcendente, in locis luminarium, & in angulis ſuperius memoratis cadunt, nam ex his omnibus inuicem collatis ſi plura concurrerint teſtimonia caliditatis, prouincialis in genere quadrantem illum anni talem pro maiori parte reddi; ideſt ſi fuerit vernale vel autumnale quadrans, erit ille plus ſolito calidus: ſi fuerit æſtiuus quadrans continget æſtas feruens valdè ac æſtuoſa: ſi fuerit hybernus, hyems tunc fiet minus frigida, imo clemens. Sed ſi teſtimonia frigiditatis concurrerint fiet ver vel autumnus pluſquam conueniat frigidus, æſtas minus calida, & hyems frigida admodum ac aſpera. Præualentibus autem humiditatis ſignis fient tempora pluuioſa, vel niuoſa pro vt conditio particularis illius tēporis feret. Si demum concurrerint multa ſiccitatis teſtimonia, concludes paucitatem imbrium, vel niuium contingere, & proinde ſubſequi ſterilitatem terrę, & ſic de ſingulis, quæ hæc conſequuntur.

De generali ac perpetua quatuor anni temporum qualitate. Cap. II.

PRIMO vniuerſalia tempora ex quadrantum proprietate ſpeculanda ſunt, hoc eſt generalis diſpoſitio, quæ à Solis per quatuor Zodiaci quadrantes decurſu perpetuo pendet, hanc verò ſic accipe.

Incipit Veris tempus noſtro ſæculo die 21. Martij, dum Sol attingit primum ♈ punctum, & perdurat toto tẽpore, quo Sol per ♈, ♉, & ♊ diſcurrit, ſcilicet vſque ad diem 22. Iunij. Eſtque in genere de ſui natura calidum & humidum, ſed tamen inconſtans; nunc pluuioſum & humidum; nunc ſubcalidum, nunc frigidum. Viget autem calor hoc tempore ob Solis eleuationem reſpectu verticis; humor verò ob præcedentis Hyemis vicinitatem. In principio autem Sole perambulante Arietis ſignum eſt magis humidum quàm calidum: in medio cum Sol percurrit ♉, eſt æquè calidum ac humidũ: in fine verò cum per ♊ Sol trãſit, eſt calidius quàm humidius. Hoc tempore creberrimi flant venti propter aeris moderatam temperiem.

Aeſtas exorditur hoc ſæculo die 22. Iunij cum Sol primum pũctum ♋ ingreditur, & producitur vſque ad diem 23. Septembris, quo temporis ſpatio Sol Zodiaci quadrantem perambulat complectentẽ ♋, ♌, & ♍. Eſt verò æſtas de ſui natura calida & ſicca, ſed in eius initio prędominatur calor ſiccitati verſante Sole in ♋, in medio æquè calida eſt ac ſicca, dum Sol perambulat ♌ ſignum, in fine autem ſiccitas præualet calori, cum Sol per ♍ diſcurrit. Pauci autem ſolent ſpirare venti & præſertim media Aeſtate.

Autumnus incipit Sole initium ♎ occupante die ſ. 23. Septembris, & perdurat vſque ad diem 23. Decembris, dum Sol perambulat quadrantem Zodiaci continentem ♎, ♏, & ♐. Qualitas huius temporis eſt frigida, & ſicca. In principio tamen magis ſiccitas viget, diſcurrente Sole ♎; in medio, cum Sol percurrit ♏, æqualiter frigida & ſicca eſt; ſed in fine magis frigida eſt, quam ſicca, & tunc Sol per ♐ incedit. Autumno autem ſicut & Vere permulti flant venti.

Hyems fit à Sole accedente ad primum punctum ♑, vbi longiſſimè abeſt à noſtro vertice, & hæc perdurat ad diem vſque 21. Martij, quo temporis interuallo Sol Zodiaci quadrantem permeat continentẽ ♑, ♒, & ♓. Eſt autem ipſa hyems frigida & humida, ſed tamen præualet frigus humiditati, cum Sol verſatur in ♑: Sole in ♒ conſtituto æquè frigida, ac humida eſt: per ♓ vero Sole tranſeunte humidior

eſt quam frigida. Solent autem pauci ſpirare venti præſertim media Hyeme.

De particulari natura duodecim ſignorum Zodiaci in tempeſtatibus, ac aeris mutationibus hoc ſæculo accommodata. Cap. III.

GENERALIS ac communis quatuor anni temporum diſpoſitio, quam ſupra recitauimus, perpetua ac permanens eodem modo non eſt, ſed contemperatur ad vnũquodque ſæculum à ſtellarum fixarum ſimulachris, quæ Zodiacum octaui orbis contexunt. ſed cum Ptolemæi deſcriptio duodecim ſignorum, quam libro ſecundo Apoteleſmatum capite vndecimo tradet minimè his temporibus ſeruiat, cum pro ſuo tantum ſæculo ipſam aptauerit, idcirco recenſebimus eam prout à Stadio hoc noſtro ſęculo accommodata fuit. Sed tamen hic ſimplicem dodecatemoriorum, ſeu ſignorum Zodiaci primi Mobilis naturam referemus prius, deinde naturas & proprietates ſignorum Zodiaci ſtellati, ſeu octaui orbis.

Primum dodecatemorion Zodiaci primi Mobilis vulgò Aries, vnde initium eſt puncti vernalis, eſt minus tonitruoſum, & magis grandinoſum, quàm olim fuerit Ptolemæi ſęculo.

♉ Dodecatemorion ſubcalidum eſt cum minori ſiccitate contra principium quam olim.

♊ Dodecatemorion eſt in vniuerſum temperatum, declinans tamen ſolito minus ad calorem & ſiccitatem.

♋ Dodecatemorion olim ſerenitatis, & æſtatis ſignum, nunc idem remiſſius, & nebuloſum.

♌ Dodecatemorion æſtuat & ſuffocat non minus quàm olim, maximè circa principium.

♍ Dodecatemorion eſt ſolito humidius, & vtcumque tonitruoſum.

♎ Dodecatemorion vt ſolet & mutabile, & varium, ſed paululum declinat ad ſiccitatem pluſquam olim, fine dempto.

♏ Dodecatemorion tonitruoſum & igneum non tamen adeo, vt ſolet olim.

♐ Dodecatemorion ventoſum eſt, ſed ſolito humidius paulò.

♑ Dodecatemorion olim humidum, nunc fortè temperatius paulò, non quod omnino ab humiditate declinet, ſed paululum.

♒ Dodecatemorion eſt frigidum & aquoſum, quemadmodum olim fuit.

♓ Dode-

♓ Dodecatemorion, quod eſt vltimum frigidius & minus aquoſum nunc eſt, quàm olim fuerit.

Nunc autem recenſeamus qualitates & naturas duodecim ſignorum, ſeu imaginum Zodiaci ſtellati, ſeu octaui orbis huic ſæculo aptatas.

Arietis ſtellati orbis imago incipit hoc ſæculo à gradu 28 ♈ primi Mobilis, vbi incidit prima ſtella in cornu ♈, & extēditur vſque ad gr. 18 ♉ primi Mobilis. Huius autem imaginis priores partes imbres & ventos mouent, ſcilicet minores, quàm ſęculo Ptolemæi, quia illas Sol nunc permeans magis calefacit, quàm illo ſęculo, & aerem purificat, mitioresq́ue ventos mouet. Mediæ Arietis partes ſunt temperatæ, parum ſe inclinantes ad calorem hoc ſęculo, & ad ſiccitatem. Extremæ partes æſtuoſæ pluſquam ſęculo Ptolemęi, ſed minus peſtilentes. Boreale eius ſpatium æſtuans, & noxium eſt, quia ſtellæ Saturni, Martis, & Mercurij ibi plures. Pars verò, quæ in Auſtrum vergit, eſt glatioſa, & ſubfrigida, nam ad eam totus ferè cetus, cuius ſtellę omnes Saturniæ.

Tauri imago inchoat à 17 gradu ♉ primi Mobilis, & producitur vſque ad gr. 25 ♊, primi Mobilis. Huius priores partes, & vbi pleiades videntur, ſunt turbulentæ, ventoſæ & nebuloſæ, ſed longè minus quàm ſęculo Ptolemæi. Mediæ partes ſunt humidæ, & in calore temperatæ pluſquam olim. Vltimæ partes & maximè vbi hyades igneæ, fulminoſæ, & fulguroſæ pluſquam olim. Boreale eiuſdem imaginis ſpatium temperiem habet, nam ibi ſunt plures ſtellæ temperatæ. Auſtrale verò eſt inſtabile & incertum, ibi enim maior pars ſtellarum Martialium: ita & earum, quæ Veneris & Saturni, denique Lunæ & Martis commixtionem referunt.

Geminorum imago exorditur à gradu 26 ♊, & terminat in gr. 24. ♋ primi Mobilis, cuius partes priores humidæ parumper, & noxiæ hoc ſęculo quoque. Mediæ ſunt temperatæ, ſed nunc ſicciores, quàm olim, & ſic paulò minoris temperiei. Poſteriores olim miſtæ & incertæ, ita & nunc, niſi quod plus ad ſiccitatem declinent. Borealis pars mouet ventos & terras concutit. Auſtralis ariditatem, & æſtum cauſat.

Cancri conſtellatio incipit a gr. 24 ♋ nunc, & producitur vſque ad gr. 12 ♌ primi Mobilis. Huius priores partes, & iuxta præſepe, terras concutiunt & caliginem offundunt. Mediæ olim & ſi temperatæ, nunc ſicciores & calidiores. Extremæ ventoſæ olim, nunc minus, ſiccæ enim ſunt admodum. Partes tam Boreæ, quā Auſtrinæ ſunt noxię & æſtuoſę.

Leonis imago exordium ſumit à gr. 13 ♌, extēditurq; vſque ad gr. 16 ♍, primi Mobilis. Huius priores partes, vti & olim, ſuffocātes & peſtilentes ſunt. Mediæ partes temperatæ, & parū ad humiditatē declinantes. Finis ad temperiem ſe inclinat hoc ſęculo, qui olim ſiccus & noxius erat. Pars Borealis ignea & inſtabilis. Pars Auſtrina humida.

Virginis aſteriſmus incipit à gr. 16 ♍, & deſinit in gr. 6 ♎, primi Mobilis. Huius principium calidiuſculum & noxium, tamen minus quam ſoleat. Medium temperatum eſt. Finis aquoſus pluſquam olim. Borealis pars ventoſa. Auſtrina temperata.

Libræ imago exorditur à gr. 6 ♎, & terminat in gr. 26 ♎ primi Mobilis. Primas habet partes temperatas, tamen pluſquam olim ad ſiccitatem ſe inclinantes. Mediæ temperatæ ſunt, & extremæ aquoſæ. Pars Borea ventoſa. Auſtrina ſicca, & peſtilens.

Scorpionis ſignum ſtellatum capit initium in gr. 27 ♎, & extenditur vſque ad gr. 25 ♏ primi Mobilis. Priores eius partes producunt niues & ſolito plures: mediæ quę olim temperatæ, ita & nunc, ſed humidiores. Extremæ turbulentæ. Boreales vero partes æſtuant, & Auſtreales humectant.

Sagittarij imago incipit hoc ſęculo à gr. 26 ♏, & perdurat vſque ad gr. 28 ♐ primi Mobilis. Prior pars eſt humida, & frigidior quàm olim. Media temperata declinans ad frigus pluſquam olim. Extrema pars ignea eſt. Sed Borealis pars ventoſa, & auſtrina variabilis & humida.

Capricorni aſteriſmus eſt à gr. 28 ♐ vſque ad gr. 22 ♒ primi Mobilis. Eius priores partes æſtuant & nocent, mediæ ſunt temperatiores, & vltima pars pluuioſa. Sed tam borealis, quàm Auſtrina portio eſt humida & noxia.

Aquarij imago incipit à gr. 23 ♒, & producitur ad gr. 15 ♓, primi Mobilis. Priores huius partes ſunt humidæ, mediæ temperatiores, & extrema pars ventoſa eſt, & pluſquam olim. Sed borealia æſtuant, & Auſtralia niues producunt.

Piſcium conſtellatio eſt à gr. 15 ♓ vſque ad gr. 27 ♈ primi Mobilis. Huius priores partes licet olim fuerint temperatæ, nunc frigidiores paulò ſunt; mediæ partes humidæ ſunt & pluſquam olim: Poſteriores olim æſtuabant, ita & nunc, ſed paulo minus. Borea pars ventoſa eſt, & Auſtralis aquoſa.

Cæterum ex hac ſignorum particulari deſcriptione maximè adiuuaberis in iudicio qualitatis ac mutationis aeris ſingulis temporibus facta, ſcilicet collatione tranſitus Solis, & ſingulorum planetarum per illas Zodiaci partes.

De

De particulari ſingulorum menſium, et lunationum ac Lunæ quadratum ſignificatione. Cap. IIII.

POST methodum decernendi qualitatem temporis pro integris anni quadrantibus ſequitur conſideratio mẽſtrua, quæ ſpeciatim cuiuſcumque menſis, & partiũ illius qualitatem determinat ad eundem ſcilicet modum, ſicut integri cuiuslibet annui quadrantis, vt in his nulla alia cadat differentia, niſi quod temporis qualitas, quæ ex menſtrua conſideratione exoritur, comparatiua eſt ad ſuum anni quadrantem.

Aduertendum tamen eſt hic, menſes lunares interdum capiendos eſſe à luminarium coniunctione ad ſubſequentem ☌, & hoc ſanè quando præcedit ſyzygia ſynodia Solis ingreſſum in cardinale punctum illius quadrantis anni: interdum verò accipere conuenit menſes lunares ab oppoſitione luminarium ad ſubſequentem oppoſitionem, & hoc quando luminarium ☍ immediate ingreſſum Solis in cardinale punctum illius quartæ anni præcellit, tuncq; menſes ſinguli in tota dicta quarta erunt oppoſitionibus luminarium diſtincti. Conſtructis itaque cœleſtibus figuris ad ſyzygiarum luminarium in initijs menſium tempora, eligendi erunt ſignificatores cæteris præpollentes in dictis figuris: nam ex his quidem ſingulorum menſiũ ſtatus particulariter explorabitur, enimverò quemadmodum planetæ dominatu præſtantes in ingreſſu Solis ſingularum quartarum anni in principalia puncta, & in ſyzygijs immediatè præcedentibus diſponunt, & ligant pro illorum natura integtum illum anni quadrantem; ita dominatores menſium, qui dominium in ☌ vel ☍, à qua menſis ille auſpicatur ſuum initium, ſuſceperunt, diſponunt, & ligant integrum illum menſem lunarem, comparatiuè tamen ad dominatores integri annui quadrantis, quatenus ſcilicet habent intendere, vel remittere qualitates aeris, quas priores illi dominatores decernebant. Quare dominatores ſeu diſpoſitores integri quadrantis anni duplex ius obtinent, primum quidem generale decernendi generalem totius illius quadrantis qualitatem ac diſpoſitionem, quæ tamen intenſioni, & remiſſioni ſubijcitur, prout particulares conſtellationes ſubſequuturæ ſunt, & deinde particulare in dijudicanda primi menſis iam memorati quadrantis qualitate.

Cæterum non diſplicet mihi ſecundũ opinionẽ Alkindi perpendere

quoque

quoque cœleſtes figuras ad ingreſſum Solis in cuiuslibet ſigni initium ſimul cum figuris ſyzygiarum luminarium immediatè præcedentium ingreſſum Solis in illomet ſigno, reducendo ſcilicet hanc conſiderationem ad menſes ſolares, qui veræ ſunt partes quadrantum anni à Sole diſtinctæ.

Deinceps verò ad particulare iudicium pro vno quoque quadrante Lunæ deſcendendum eſt, erigendo pro ſingulis menſibus figuras cœleſtes ad momenta ☌, ☍, & □ Solis & ☽, & tunc dominatores harum ſingularum ſyzygiarum particulariter pro ſuo menſis quadrante diſponunt, habita tamen ratione ad generalem ſignificationem, quàm dominator menſis decernit. His addantur ſignificationes ac mutationes, quæ quotidie eliciuntur ex varijs planetarum congreſſibus, tùm inter ſe, tùm cum affixis ſyderibus, de quibus in ſequentibus agemus: nam ex his omnibus diligenter perpenſis ac inuicem collatis non ſolum de qualitate temporis vniuſcuiuſque annui quadrantis, ſed de quotidiana quoque auræ mutatione iudicare poteris, ſi attentè ſequentia capita perpendes. Vnde non difficile tibi erit particulare prognoſticum tempeſtatum & auræ mutationis ad ſingulos dies ſecurè ſatis condere.

De decretis ſingularum erraticarum, quando præfuerint quadranti anni, vel etiam alicui particulari tempori. Cap. V.

NVNC autem recitandæ ſunt ſimplices idiotropiæ, quæ conueniunt ſingulis planetis, quando dominium in gubernatione aeris ſuſceperunt, ex quibus ſagax Aſtrologus componere poterit mixturas, & contemperationes, quando duo vel plures dominantur ſimul.

Saturnus igitur cum ſolus diſpoſitionis aeris dominium fuerit adeptus, generaliter infrigidat conſtringens aerem, ne calorem Solis recipiat; ſecundum tamen magis & minus, atque etiam parum deſiccat, licet quandoque ſiccitas eius in humiditatem verſatur. Eſt autem frigidus maximè Orientalis, ſed ſiccus maximè Occidentalis, malus, tardiſſimi progreſſus, qui generaliter, vt ait Ptolemæus, corruptiones per frigus præſtat, ac aeris conſtitutionem facit horrendo frigore rigentem, glacioſam, nebuloſam, ac peſtilentem. Significat præterea tempeſtates aduerſas & validas in aere, denſas nubes, tenebroſitatem aeris, pluuias copioſas & minimè vtiles, ſed damnoſas, & aerem præſertim hyemalem, niues, & pruinas, prout condi-

tio

tio temporis feret; In fluuijs ac mari tempeſtates hyemales, naufragia claſſium, infirmitates longas, impetus humorum, & fluxiones, quartanas febres & peſtes; terræmotus, & terræ fructuum charitatem, inopiam, & deuaſtationem, prout ipſe Saturnus fuerit malè affectus, & pro varietate ſigni, vbi verſauerit. Hyeme propriè immenſum facit frigus, & æſtatis calorem remittit, & vtrumque facit magis, cum vertici appropinquat.

Iupiter, cum ſolus dominatur, calefacit temperatè, & humectat, eſt tamen calidior quàm humidior, & calorem præcipuè auget Occidentalis, & humiditatem Orientalis. Deinde generaliter pulchram facit ſerenitatem, & optimam aeris temperiem ac ſalubritatem cum fortunatus eſt præſertim. Quòd ſi quandoque pluuias affert, illæ tamen ſunt temperatæ ac ſalubres per æqualitatem, & temperiem. Mouet præterea ventos ſeptentrionales ſalubres ac temperatos, quibus animalia, & ſemina confortabuntur. Calor æſtatis, & frigus hyemis per Iouis influxum remittuntur. Significat quoque præter aeris clementiam, incolumitatem, quietem. Claſſium nauigationes præſtat, felices annorum fructuum fertilitatem, & ingentem copiam, atque incrementa rerum vitæ neceſſariarum. Quando autem infortunatus fuerit, vel aliquo pacto impeditus, præſtat hæc quæ diximus non ſincera, ac minora bona, & aliquando intemperiem ac corruptionem aeris.

Martis ſtella, cum ſit immoderatè calida & ſicca, propriè deſiccat & comburit, licet autem ♂ ſit ſemper calidus, ſecundum tamen magis & minus, nihilominus eius ſiccitas quandoque ita contemperatur, vt ad humidam accedat diſpoſitionem penes mutationem ſtatus in Epicyclo & Eccentrico, vt paulò infra dicemus, & prout peragrauerit ſignum humidum. Orientalis autem calorem magis auget, & Occidentalis ſiccitatem. Affert autem generaliter cum ſolus dominatur immenſum calorem, & ſiccitatem corrumpentem, ac facit in aere conſtitutionem æſtus ardore ſqualidam, ventos calidos, & peſtilentes, & tabificos, incendia, fulgura, tempeſtates, grandines, pluuiarum inopiam. In mari ſubitas claſſium immittit ſubmerſiones per ventos turbulentos, ac fulmina. Præterea ſignificat fluminum, & fontium defectum vel diminutionem, ſic quoque animalium ad vſum humanũ, & fructuum è terra naſcentium deſtructionem. Facit præterea æſtuantes morbos, febres tertianas ſanguinis eruptiones, morbos acutos, & peſtilentes, ac mortes repentinas. Particulariter cum prædominatur ac vertici appropinquauerit, æſtatem facit æſtuoſam ac nimis ardentem, hyeme verò frigus remittit.

Venus calefacit parum & humectat multum, qua ratione videtur ipſam eſſe potius frigidam, & humidam ad temperamentum, quæ cum fuerit à Sole Orientalis plurimum humida eſt, & Occidentalis fit paululum

lulum calida. Cum verò eadem quadranti alicui in anno dominabitur, ſignificat in vniuerſum ventorum temperiem, conſtitutiones humidas & fęcundiſſimas, leues pluuias, licet quandoque copioſas, & animantium vtilium, fructuumque è terra naſcentium ingentem copiam, ac vbertatem, & bonas corporum valetudines: felices nauigationes, & à tempeſtatibus immunes, & in ſumma quidem effectus parit Iouis effectibus valdè affines. Particulariter autem in hyeme aeris temperamentum, & humiditates adducet, ęſtate autem & autumno ſiccitates minuet.

Mercurius promiſcuæ eſt naturæ, quandoque enim deſiccat, quandoque verò humectat ſecundum planetæ naturam, cum quo copulatur; ipſe enim generaliter ingenio ſtellæ illius, cui præ cæteris immixtus fuerit, ſe attemperat. Eſt autem ipſe magna ex parte ob propinquitatem Solis ſiccus, præſertim verò cum fuerit Occidentalis; Orientalis tamen modicè calidus, velocis mutationis, & cum dominatur mouet ventos inordinatos, & interdum turbinoſos, ac repentinos, de faciliqúe mutabiles, ex quibus naues pereunt: quandoque nunciat graues & manifeſtas pluuias, facit quoque tonitrua flammantia, fulmina, hiatus cęli, terræmotus & fulgura, quo fit vt interdum animantibus, & plantis vitæ humanæ vtilibus euadat exitialis. Cum ad occultationem properat aquas & flumina deſiccando imminuit, & circa emerſiones augendo replet. Cum maleficis configuratus fuerit, facit infelices nauigationes, ſiccos morbos, quotidianas febres, tuſſes, anhelationes & tabes.

Sol de ſui natura calidus & ſiccus eſt ad temperamentum, calefacit enim in vniuerſum & aliquantulum deſiccat, & ipſe quidem generalis temporum effector & ſignificator eſt, cum ſemper vices temporum perpetuo afferat penes eius acceſſum, & receſſum à Zenith ac tranſitum per quatuor Zodiaci quadrantes, quæ tamen tempora anni alterabilia ſunt ſecundum magis, & minus, prout fuerit natura & ingenium ſtellarum illarum, cum quibus ipſe Sol corporeo congreſſu vel radijs copulabitur. Particularis tamen eius operatio eſt aerem, nunc igne, nunc nubibus alternatim inficere, & quando feliciter poſitus eſt, ac temporis dominatoribus aliquo pacto teſtificans, ſerenitatem, ac vbertem præſagit.

Luna tandem generaliter humectat, ac parum calefacit, & aquas præcipuè mouet. Eſt verò humida vehementer Occidentalis, ideſt poſt Solem. Quemadmodum igitur Sol ſtata anni tempora in vniuerſum perpetuò efficit; ita Luna quolibet menſe naturam & qualitatem aeris alterat pro varia eiuſdem ad Solem habitudine, & pro vt reliquis ſtellis, tum fixis, tum erraticis applicuerit. licet autem hanc ipſam, quemadmodum & Solem Ptolemæus à dominio particulari

exclu-

excludat, nihilominus poteſt dominationis aliquod ius ſuſcipere ſecundum quamplures alios Aſtrologos, à quibus non diſſentio, ſaltem quando fuerit principali ſignificatori commixta, vel eidem aliqua ratione teſtificans. Itaque tunc ſi fuerit potens in bono cœli loco, ac ſalua, ſignificat pluuias multas & magnas, abundantiam & fertilitatem, & paucas infirmitates. Contra verò ſi infortunata fuerit abundantiam nimiam aquarum & inundationes ſignificabit, & fructuum corruptiones, ac morbos plurimos.

De planetarum natura, ac temperamento prout ad Solem comparantur, et ad proprios orbes. Cap. VI.

ALTERATVR planetarum natura pro diuerſo eorum ſtatu in ſuis orbibus Eccentricis & Epicyclis, ac penes eorundē habitum ad Solem, & diuerſimodè quidem. Enimuerò generaliter planetæ omnes elati in proprijs orbibus, fiunt temperatiores; humiles in ijſdem magis remouentur à temperamento, & aſcendentes in ſuis circulis acquirunt; & deſcendentes amittunt temperamentum.

Sed particulariter tres ſuperiores ♄, ♃, & ♂ reſpectu Eccentrici altiores, ideſt in Apogæo ſunt potentiores, & ſynceriores, ſuntque humidiores & frigidiores, ſeu minus calidi ob eorum maiorem à Sole diſtantiam. Verum humiliores in Eccentrico facti, ſeu in Perigæo conſtituti, imbecilliores ſunt, & actiones efficiunt miſtas, non ſynceras, ſuntque tunc calidiores, & ſicciores, quia Soli propinquiores. Contrà verò duo inferiores Venus & Mercurius, quo humiliores ſunt tam in Eccentrico quàm in Epicyclo, eò euadunt robuſtiores, fiuntque ibi humidiores, atque frigidiores. Sed alti in Eccentrico, vel Epicyclo ſunt imbecilliores, ac actiones efficiunt miſtas non ſynceras: euadunt enim tunc calidiores & ſicciores, quoniam magis appropinquant Soli.

Præterea tres ſuperiores ad Solem collati, cum fuerint orientales robuſtiores ſunt, quàm occidentales, dum tamen fuerint extra radios, & eorum vis vigebit maximè antequam Sol exoriatur: vnde quo magis à Sole recedent, eò potentiores exiſtent, præſertim vſque ad ſtationem primam, vbi incipiunt eſſe retrogradi, à qua vſque ad medium retrogradationis, hoc eſt in Solis oppoſitione ſunt minus potentes; ſed ab oppoſitione ad ſecundam ſtationem ſunt imbecilles, minus tamen quam à prima ſtatione ad oppoſitionem, & denique à ſecunda ſtatione vſque ad occultationē ſunt potentiores, ſed tamen minus quam

ſint dum ſunt Orientales. Habent itaque tres ſuperiores quinque inſignes ſtatus reſpectu Solis ac reſpectu motus Epicyclorum. Primus eſt cum fuerint ſub radijs Solis, quod contingit, dum ipſi perluſtrant ſummas Epicyclorum abſides, ſeu Apogæa, ſuntque tunc velociſſimo motu, & ſicciores ob propinquitatem ad Solem, & directum ſitum; ſed eorum actiuæ qualitates à Sole fruſtrantur. Secundus ſtatus eſt ab exortu matutino vſque ad ſtationem primam, ſeu retrogradationis initium, quod euenit poſt longitudinem mediam ſui Epicycli verſus Perigæum, in quo ſtatu ſunt humidi. Tertius ſtatus eſt à ſtatione prima ad medium retrogradationis vſque dum noctu exoriuntur, ideſt in eorum cum Sole oppoſitione, & tunc calidi vt ♃, & ♂ magis calefaciunt, & ♄ frigidus magis frigefacit, quia ſunt nobis propinquiores. Quartus ſtatus eſt à medio retrogradationis, ſeu à Solis oppoſitione vſque ad ſecundam ſtationem, vbi curſum ſuum dirigere incipiunt, in quo ſunt ſicci magis. Vltimus eſt hinc vſque ad occultationem matutinam, & tunc frigidi ſunt magis, quàm ſicci.

Poſtremo verò Lunæ ſtatus reſpectu Solis quadruplex eſt, vt diximus in comm. capitis quinti, Tertij libri Galeni de diebus decretorijs. Primus eſt à coniunctione vſque ad primam quadraturam, hyemalis ſcilicet frigidus & humidus. Secundus ad oppoſitionem vernalis eſt, ſeu calidus, & humidus. Tertius à plenilunio ad ſecundã quadraturam æſtiualis calidus & ſiccus. Quartus denique ab hac ad nouilunium autumnalis, ſeu frigidus & ſiccus.

De planetarum comparatione ad Zenith, ſeu reſpectu altitudinis, atque etiam quo ad cæli ſitum. Cap. VII.

CONSTAT experientia ac ratione, Solis exemplo, planetas erectiores ac altiores reſpectu verticis, ac reſpectu meridiani circuli factos, ſiue proprio eorum motu, quo ſub zodiaco diſcurrunt, ſiue diurna circumuolutione, eò efficaciores in operando reddi iuxta vniuſcuiuſque naturam, quorum profecto vigor ac efficacia maior ſentitur in ipſo meridiano, ſeu altiore puncto, ac paulò poſt à receſſu ab illo ſolſtitio æſtiuo, & poſt meridianum quam cum ad meridianum accedunt, vel ad initium ♋.

Præterea quoque inſignes animaduertuntur mutationes, dũ planeta fuerit vel in horizonte, vel in æquinoctiali circulo circa vtrumlibet æquinoctium. Quo fit vt conſtituto planeta calido circa tropicum

æſtiuum

æſtiuum valdè excalefaciat, vt Sol, Iupiter, & Mars, ſed circa alium tropicũ hyemale minus. Contra verò Saturnus cũ in ♋ fuerit, valdè refrigerabit aerem pro qualitate temporis, & inualeſcet quidem frigus, cũ diſcurret zodiaci medietatem Borealem contra Solis operationem.

Poſtremo planeta ſupra terram fortius operatur quàm infra, & ſupra terram, planeta calidus auget calorem pluſquam frigidus, & planeta frigidus è contra. Sub terra non eſt tantum diſcrimen. In angulo auget effectus, & qualitatem eius celeriter, præcipuè in medio cœli, & in oriente; minus in ſuccedentibus locis, parum aut nihil in cadentibus domibus. Cum fuerit autem planeta orientalis in mundo magis humectabit, & occidentalis exſiccabit, Luna tamen & Venere exceptis, quæ humiditatem nimiam obtinent.

De planetarum congreſſibus, ſiue per coniunctionem, ſiue per radios. Cap. VIII.

CONGRESSVS planetarum adinuicem maximè conſiderandi & obſeruandi ſunt pro aeris & temporum mutationibus, inter quos præcedit coniunctio, vt efficacior, nam cum hæc lumine conſtet, pluribus diebus manet, & maiores effectus, ac efficaciores producit, diuturnioreſque & generaliores. Deinde ſequitur oppoſitio, poſt quam quadratus, vltimo loco trinus & ſextilis debiliores effectus pariunt, quibus poſtremis aſpectibus æquiparari poſſunt antiſcia. Omnes autem hi aſpectus ſubitas efficiunt mutationes, cum minus durent, quàm coniunctiones, ſed cito pertranſeant. Nunc autem de ſingulis congreſſibus particulatim agemus.

♄ *cum* ♃ *congreſſus.*

Coniunctio ♄ & ♃ in primis obſeruanda eſt, & accuratè notanda, nam hæc per plures dies ante & poſt propter tarditatem motus ipſorum planetarum effectus ſuos parit in aeris mutatione, ſecundum qualitatem ſigni zodiaci, vbi contigerit, & ſecundum naturam, ac proprietatem Stellarum fixarum, quæ cum dictis planetis coniunctis reperiuntur. nam in ſignis igneis magnam parit ſiccitatem, & calorem in Aeſtate auget, & Hyeme temperantiam aeris & frigoris remiſſionem adducit. In humidis autem ſignis continuas pluuias ac inundationes aquarum portendit. Præterea etiam in eadem coniunctione ſedulò obſeruandum eſt, quis eorum dominetur, aut ſupra alium eleuetur. Nam Saturno dominante graues morbos producit, & inopiam

ac deſtructionem omnis boni. At Ioue præualente ſignificat bonos effectus, vel ſaltem minus malos.

♄ ſimiliter cum ♃ ☍, vel □, nec non △ vel ⚹, vel antiſcium, ſed minus in ſignis humidis grandium aeris mutationum cauſa eſt, pluuias cum ventis & grandinibus per plures dies ante & poſt agendo.

Particulariter autem quicunque ♄ & ♃ congreſſus in vere turbidum, vel humidum aerem facit, æſtate grandines & tonitrua, autumno ventos, vel pluuiam, & hyeme turbidum aerem. In vniuerſum autem cum Saturnus & Iupiter ad radiorum, vel corporum coniunctionem perueniunt, fiunt conſiſtentiæ temporum.

Saturni vel Martis congreſſus.

♄ & ♂ ☌ aliquod diebus ante & poſt effectus ſuos parit ſecundũ qualitatem ſignorum & fixarum cum ipſis repertarum, interdum verò pluribus diebus ſi ♂ tunc fuerit tardus motu, nec à Saturno ita cito ſeparetur. Proprie autem grandines parit hæc coniunctio, ſi reliqua con currant, in humidis ſignis pluuias cum grandine facit; vt plurimum verò huiuſmodi coniunctio nubes, ac ventos multiplicat, imbribus detrahit, aera corrumpit, omnia deſtruit pro qualitate præualentis planetæ, & loci in quibus ſunt, & reliquarum cauſarum.

Similiter dictorum planetarũ aſpectus præcipuè verò ☍, & □ pluuias præſagiunt cum fulguris, ac tempeſtatibus. Particulariter autem quilibet horum planetarum congreſſus vere pluuias, vel tonitrua, æſtate tonitrua & grandines, autumno pluuiam, vel turbidum aerem, & hyeme frigoris remiſſionem efficit.

♄ & ☉ congreſſus.

Saturni cum ☉ ☌, vel ☍, vel □ pluuias, grãdines, & dies frigidos nempe ante & poſt aliquot diebus parit, præcipuè in ſignis aquaticis, vel in ♓, & ♑. Et eſt aperitio portarum valida propter tarditatem ſeparationis.

Particulariter vere pluuiam, & frigiditatem efficit, ęſtate grandines & tonitrua cum remiſſione caloris, autumno pluuiam & frigus, hyeme niuem, vel tempus nebuloſum & humidum, ac tenebroſum.

♄ & ♀ congreſſus.

Saturni & Veneris ſyzygiæ, & præcipue ☌, ☍, vel □ pluuiam, im bres & frigora gignunt, eoque magis in ſignis aquaticis, interdum grandinem licet paruam poſſunt efficere. Particulariter autem Vere

pluuias

pluuias & frigus, Aeſtate pluuias ſubitas, Autumno pluuiam frigidã, & Hyeme tam pluuias quam niues portendunt.

♄ & ☿ congreſſus.

♄ & ☿, ☌, ☍ vel □ ſecũdum naturam ſignorum aerem alterat. nam in humidis ſignis pluuias, vel tenebroſum admodum aerem, in ſiccis ſiccitatem, in aereis vẽtos fortes, in terreis frigiditatem & ſiccitatem adducit. Vt plurimum autem efficit huiuſmodi cõgreſſus frigiditatem non parum fructibus nocituram.

Particulariter autem Vere ventos & pluuiam fert, Aeſtate ventos, & imbres, Autumno ventos & nubes, & Hyeme ventos ac niues.

♄ cum ☽ congreſſus.

♄ & ☽ ☌, ☍, vel □ ſecundum naturam ſigni aerem afficit, in ſignis humidis nebuloſum & frigidum reddit ipſum, in aereis & in ♓, vel ♑ auget frigus, præſertim cum ☽ lumine eſt plena, & perſæpe grandines facit, & cum fuerit vacua ſiccitatem efficit; in ſiccis autem temporibus generat acredinem ac pruinam. In vniuerſum autem ſolet Luna cum ♄ nubes efficere obſcuras & nigras, quarum vna pars conculcat aliam & molles pluuias, ſuaues, ac quietas, ſed cum frigore, præterea etiam maris æſtum adauget. Particulariter autem facit vere turbidum & humidum aerem, æſtate tempus humidum cum remiſſione caloris, & interdum grãdines, autumno nebuloſum aerem, hyeme nubes, niuem, & frigus vehemens.

♃ & ♂ Syzygię.

♂ & ♃ ☌, ☍, vel □ ſecundum qualitatem ſignorum, & ſtellarum aerem alterat, propriè verò cum pluuias ſignificat tonitrua addit & fulmina, & fulgetra: in ſignis humidis tonitrua & corruſcationes cũ pluuijs facit, in ſignis calidis & ſiccis exuſtio & caliditas abundant, & apud ſydera tempeſtuoſa etiam hyeme media grandines facit, aliàs verò niues. Particulariter autem vere & autũno turbidum aerem & ventos, æſtate calorem, tonitrua, & tempeſtates, hyeme frigoris remiſſionẽ affert, & aeris temperiem. Cæterum in horum duorum planetarum coniunctione debet animaduerti, quis nam eorum præualeat, aut dominetur. Nam ſi fuerit Iupiter maximam auget fęlicitatem, Marte autem præualente infirmitates acutæ, ſiccitates, incendia & alia mala ſuboriuntur. Et ſi hæc coniunctio acciderit in eadem quarta cum Sole, continget caliditas valdè fortis & comburrens præſertim æſtate.

♃ & ☉ ☌, vel aſpectus.

♃ & ☉ coniunctio flatus ventorum ſalubrium parit, pulchramque ſerenitatem, & caliditatem temperatam, quod & de alijs aſpectibus dicendum eſt. Præcipuè autem in ſignis aereis auram adducit ſerenam, & aeris temperiem, in humidis fęcundas affert pluuias, in igneis calorem auget & ſerenitatem confirmat, & in terreis minus. Particulariter autem Vere & Autumno ventos, Aeſtate tonitrua & fulmina, & Hyeme remiſſionem frigoris affert.

♃ cum ♀ congreſſus.

♃ & ♀ coniunctio, vel aſpectus mirificè placidam & tranquillam aeris temperiem ac gratam ſerenitatem parit, in aqueis leues & mites pluuias, ac ſalubres. In alijs ſignis vt plurimum ſerenitatem & ventos. Adducit autem hæc coniunctio fertilitatem vt plurimum, fructuum abundantiam, & bonam aeris temperiem, ac ſalubrem in ſingulis anni quadrantibus. Decet autem notare quis eorum præualeat, nam ſi fuerit ♀ pluuiæ magis ſignificantur, ſi ♃ fient ſerenitates ac venti.

♃ & ☿ Syzygiæ.

♃ & ☿ ☌, ☍, vel □, aut alius aſpectus ventos maximè mouet, & eſt magna, vt dicunt Aſtrologi, portarum aperitio ad ventos, & vt plurimum ſine pluuia. In igneis ſignis paucitatem imbrium ſignificat, ac potius ſiccitatem & ventos calidos: in aereis ſerenat aerem, & ventos mouet, nec aliquod diſcrimen adducit in ſingulis anni quadrantibus.

♃ & ☽ congreſſus.

♃ & ☽ ☌ vel aſpectus quicunque ſecundum ſignorum qualitatē facit, vt plurimum verò ſerenitatem, ac ventos parit propitios, in ♈, & ♋ albas nubes toto cęlo ſpargit. Singulis autem anni temporibus aeris temperiem ſignificat.

♂ & ☉ Syzygiæ.

♂ & ☉ ☌, vel ☍, vel □ ſecundum ſignorum qualitatem facit, ſed cum vehementia, nam in aqueis adducit imbres, tonitrua, fulgura, & grandines cum nocumento, præſertim Aeſtate; in igneis ſiccitatem, & æſtus in aereis tenebroſitatem aeris. Multoties autem morbos facit, & præci-

præcipuè in Vere, & vt plurimum cum fuerit combuſtus minuit pluuias.

Particulariter producit Vere & Autumno vẽtos & ſiccitatem, quod ſi tunc fuerint ipſi planetæ in ſignis bicorporeis, tenebroſitatem aeris efficiunt ac infirmitates. Aeſtate calorem immenſum, tonitrua, fulmina, ac grandines, hyeme autem frigoris remiſſionem efficit huiuſmodi congreſſus.

♂ & ♀ congreſſus.

♂ cum ♀ ☌, ☍, vel □ aut alius aſpectus in ſignis humidis, & aqueis pluuias & aquas facit profuſas, nam fit aperitio portarum. In alijs ſignis minores pluuias. Particulariter Vere & Autumno pluuias generat, Aeſtate imbres, & Hyeme remiſſionem frigoris. Semper autem ferè ſtatum mutat aeris.

♂ & ☿ ☌ vel aſpectus.

♂ cum ☿ coniunctio vel aſpectus in ſignis igneis caliditatem, & præſertim ſiccitatem immodicam, in aquaticis imbres, & in aqueis ventos calidos ſignificat. Propriè autem ventos cum impetu ruentes producit, eo quod vterque planeta impetuoſus & vehemens ſit, Autumno grandines & ventos nubiferos facit, Hyeme & Vere niues, æſtate autẽ tonitrua & grandines.

♂ cum ☽ Syzygiæ.

☽ & ♂ ☌, ☍, & □ in humidis ſignis affert pluuiã, in igneis ſiccitates, nubes croceas, & rubeas cęlo ſpargit, aliquando pluuias ſecum ducentes, & aerem calefacit ſicut & in aereis, interdum corruſcationes & tonitrua efficit, ac grandines, præſertim Aeſtate, quandoque etiam cauſat iridem cœleſtem abſque pluuia ſubſequente.

☉ & ♀ coniunctio.

☉ & ♀ coniunctio propriè humidum tempus ſignificat, præſertim in ſignis humidis. Vere & Autumno pluuiam, Aeſtate tonitrua, & imbres, Hyeme humiditatem adducit.

☉ & ☿ coniunctio.

☉ & ☿ ☌ in ſignis aereis ventos parit aliquando cum humidita-

te;

te: in ſignis humidis pluuias affert; in igneis ventos calidos cum corruptione, & ſiccitatem.

☉ & ☽ *congreſſus.*

☉ & ☽ ☌, vel □ in ſignis humidis pluuias, interdum nubes croceas & pluuiæ guttas grandes adducit; in ſignis calidis & ſiccis ſerenitatem affert præſertim coniunctio. In vniuerſum verò alterat aerem pro natura temporis, & penes dominium planetæ prædominantis, alijs etiam perpenſis circunſtantijs. Sunt autem nouilunia æſtate calida, hyëme frigidiſſima. Contra verò plenilunia ęſtate ſunt frigida, & hyeme temperatiora, ni Saturni vis refragetur.

♀ & ☿ ☌.

♀ & ☿ ☌ iuxta naturam ſignorum operatur, propriè tamen imbres facit, & eo certius, ſi fuerint in ſignis humidis. Quocumque autem anni tempore ventos humidos ſaltem, vel nubes creat. Quòd ſi huiuſmodi ☌ acciderit hora ☌ vel ☍, vel □ luminarium, pluuiarum inundationem pariet.

♀ *cum* ☽ *congreſſus.*

♀ cum ☽ ☌, ☍ vel □ facit propriè imbres, ſeu leues & mites pluuias cum frigore atque maris æſtum adauget. Propriè autem Vere humidum efficit tempus vel nubiloſum, ęſtate remiſſionem caloris, autumno nebulas turbidas, & hyeme turbidum tempus, vel niuem cauſat.

☿ & ☽ *Syzygiæ.*

☿ cum ☽ ☌, ☍, vel □ ſecundum qualitatem ſignorum operatur, & generaliter ventos fortes, pluuias interpolatas, & multas variationes ſignificat, & in ſignis humidis imbres gignit; in aereis ventos, in igneis ſiccitatem, & in terreis frigiditatem. Facit autem plerumque nubes pallidas, in continuas, & fumi colorem habentes, ac præterea ventos bonos cum pluuijs mollibus.

De Portarum, ſeu Valuarum aperitionibus. Cap. IX.

INTER planetarum congreſſus tres enumerantur præcipui, qui ſolent vocari portarum ſeu valuarum aperitiones, cò quia cum contingunt maximus, & euidentiſſimus in aere fit effectus ac mutatio inſignis: fit autem quando ſinguli bini planetæ, qui domus habent oppoſitas, corpore, vel radio præſertim oppoſito, vel tetragono copulantur.

Prima igitur portarum aperitio fit in Saturni cum Sole vel Luna cõgreſſu, & hæc operatur in aere turbido, nebuloſo, & frigido, præſertim in ſignis terreis, vel aereis: ſed in ſignis aqueis adducit magnos imbres, & hyeme niues, præſertim cum ♄ dominatur cardini hora interlunij, vel plenilunij, aut quadraturæ luminarium, vel fuerit ſtationarius, aut retrogradus.

Secunda eſt Iouis & Mercurij in ventorum productione, de qua ſupra egimus.

Tertia eſt Martis & Veneris in imbribus, & fulgure, ac interdum grandine.

Vnaquæque autem ex his portarum aperitionibus tribus modis fit.

Primo, & debiliore modo, quando inuicem coniunguntur hi planetæ, vel opponuntur, aut quadrangulantur, & efficacior eſt ☍, inde ☌, & vltimo □, & addi etiam poteſt antiſcium.

Secundus modus fit intercedente Luna, vtpotè quando ipſa ab inferiore planeta ſeparatur applicat ſuperiori ſiue per ☌, ☍, □, vel antiſcium, & tunc accidit temporis mutatio euidens ſecundum naturam ſuperioris illorum, maximè ſi ſuperior & inferior ſeſe reſpiciant. Vt ſit exempli gratia Sol in gr.12 ♓, & ♄ in gr.16 ♐, & Luna in gr.13 ♍, tunc quidem Luna ſeſe ſeparando ab oppoſito ☉ accedit ad ♄ □, & tunc quidem fiet portarum aperitio maxima ex Sole in Saturnum mediante Luna. Quare fiet tempus nebuloſum & frigidum, quin & pluuioſum, præcipuè vero in locis, vbi Luna contingет eſſe in cardine.

Quod ſi ipſamet Luna deflueret à Saturno & ad Solem applicaret minor accideret aeris mutatio, & breuior, atque poſt turbulentiam claritas & ſerenitas ſequetur.

Tertio modo fit portarum aperitio, cum ab altero aperientium ad reliquum Venus, vel Mercurius defertur, nam idem fermè contingit, quod eueniret altero alteri applicante.

Quod ſi Mercurius dominos aperitionis portarum aſpexerit, vel fuerit cum eis coniunctus, in ☌, vel ☍ luminarium ſignificat pluuiam,

& ſi cum aperitione portarum fuerit planeta retrogradus, pluuiam tűc magnam præſagit.

De congreßibus affixorum ſyderum cum Sole ac reliquis Planetis. Cap. X.

DE ſyderibus, ſeu affixis octauo cœlo ſtellis dedimus in Iſagogicis noſtrarum Ephemeridum breuẽ tractatũ, docentes quomodo earum ortus, occaſus, & mediationes cũ planetis definiri quocunque tempore poſſint. Nunc de earundem affectibus, quos ipſæ cum planetis congredientes producũt, dicendum eſt: nã ex his nõ minima indicationum pars in temporum ac aeris mutatione dependet.

Primo itaque ſcire conuenit, ſtellas octaui orbis valdè inter ſe diſſimiles affectus producere cum exoriuntur, aut occidunt cum Sole, vel cum reliquis planetis, & in catalogo ipſarum annotantur ſingularum imaginum, & ſtellarum naturæ, comparando ipſas planetis: nam quædam referunt naturam vnius tantum planetæ, quædam verò ancipitis vel permixtæ ſunt naturæ, & his quidem aſſignantur duo planetæ, quorum complexionibus ſeſe attemperant. Itaque penes naturam planetarum Saturniæ ſtellæ gelidæ & frigidæ, ac grandinoſæ ſunt: Iouiales ventoſæ, ſalubres: Martiæ tonitruoſæ, vt & Iouis, ſed Martis impetuoſæ, ſubitæ, igneæ, procelloſæ, cum Saturno permixtæ peſtilentes, ſuffocantes: Solis æſtuoſæ, ventoſæ: Venereæ humidæ, frigidæ: Mercurij indifferentes, cum Venereis permixtæ venenoſæ, peſtilentes, cum Iouialibus tempeſtuoſæ, cum Martijs impetuoſæ, cum Saturnijs egelidæ. Lunares turbidæ, caliginoſæ, tenebroſæ, & hæ lunares ſtellæ, maria concutiunt.

Præterea tempeſtuoſæ ſtellæ ac imagines ſunt Orion, Arcturus, & Corona. Ventoſæ Hædi, & Capra, qui ſunt in Auriga. Pluuioſæ Hyades, & Pleiades, ſed Pleiades cum occidunt, tempus in ſua diſpoſitione, in qua fuit, perſeuerare faciunt. Aeſtuoſæ ſunt Leonis partes anteriores, & duæ caniculæ valdè. Cæterum planetæ valdè alterant harum fixarum ſtellarum effectiones ipſis commixti; nam, vt ait Stadius Sirium ardentem irritabit Mars commixtus, Iupiter mitigabit, Venus remittet ſi Soli ſinguli permiſceantur; quod ſi ſimul confuſis radiis cit cunfundent, æſtum accendent, ita vt ſi quam pluuiam, tunc deſcenſuram prędixeris, caſu lapſuram rectè dixeris cum Ariſtotele. At quomodo aqua accedet, & hyberna tempeſtas? quæ Autumnum ſalubrem ptomitterent? ſi iſthæc ſicca conſtitutio præcedet? Quod ſi Iupiter Sole, aut Mars Ioui permiſcebitur Orione exoriente, eius

ſideris

ſideris vehementia tempeſtatem ſub ortum Sirij dabit, Aquilo prodromos difflabit aeris corruptionem, Eteſiæ egelidi & ſicci perflabunt, & Autumnus perſalubris erit, & Iouis, & Mercurij commixtio eadem promittet.

Nec exiguam habent pluuiarum ſignificationem Aſelli, & Præſepe cum Luna aut Venere coniuncta, aut ſi ex aduerſa, aut quadrangula parte Iupiter vtroſque in procelloſis, aut humidis ſignis deprehenſos aſpiciat, Luna tanquam internuncia à Mercurio ad Iouem defluente; Obſeruandus quoque erit hædorum tempeſtuoſus exortus. Hucuſque Stadius.

Itaque ſtellæ fixæ permixtæ planetis ſuæ naturæ augent, & conduplicant eorum robur, & eorum effectus robuſtiores & efficaciores ſentiuntur, vt ſi cum ſtellis fixis Venereis Venus ipſa congrediatur, tunc quidem humiditas magna procreatur, ex qua vel aeris tenebroſitas, vel pluuiæ producunt: & ſi Mercurius aſſocietur ſtellis fixis Mercurialibus, ipſe quidem ad ventos excitandos pronior, & efficacior reddetur, & ſic de reliquis.

Nunc autem de aeris mutationibus, ac tempeſtatibus, quas afficiunt ſtellæ fixæ cum Sole exorientes, & occidentes obſeruationes dabimus, prout ab antiquis fuerunt annotatæ, & prout nos ipſi obſeruauimus. Stadius itaque, ita de quibuſdam ſtellarum fixarum effectibus ſcribit ex Plinio.

Arcturi ſidus non ſine procelloſa grandine emergere, teſtis eſt cum Columella Plinius, id certiſſimũ tunc eſſe ſignum, ſi Lunæ aut Martis radijs adiuuetur, multa experientia confirmatũ habemus. Si Saturnus acceſſerat, pluuioſam tẽpeſtatẽ aliquot cõtinuis diebus obſeruauimus.

Succularum, & Hyadum occaſum terra marique turbidum eſſe idẽ tradidit, veriora experieris quæ Plinius dixit, ſi Mars ſidera illa ſuo acceſſu extimularit: ſi Mercurius quoque aut radiorum coniectu Martis vel aduerſo, vel quadrato vrgebitur.

Vergiliarum occaſus matutinus ſi nubilo cęlo accidat hyemem pluuioſam denunciat: ſi ſereno cęlo, aſperam. Obſeruauimus quoque Veneris, aut Martis per Pleiades tranſitũ aliquot diebus pluuioſam ciere tempeſtatem: itidem fieri ſolius Martis παρόδῳ.

Obſeruatum quoque Plinius refert, ſi Delphini occaſu matutino imbres fuerint, non futuros exoriente Arcturo.

Hędorum quoque ortus pluuioſam tempeſtatẽ Italiæ prænũciabat.

Sirij ortu matutino maria feruẽt, fluctuant in cellis vina, mouẽtur ſtagna, canes in rabiem aguntur, ſideratione piſces corripiuntur: æſtuoſiſſima tempeſtate omnia exurit, ſi Mars aut Iupiter ex igneis ſignis permiſcentur. Hucuſque Stadius.

Præterea Ptolemæus annotatum reliquit quoſdam effectus, quos

ſtellæ aliquot inſignes cum Sole congredientes faciunt nempe.

Zona Orionis emergens turbidum facit aerem Fauonij flatu.

Corona occidens tempeſtatem efficit.

Sirius exoriens veſperi,& Aquila exoriẽs veſperi tẽpeſtatẽ efficiunt.

Cum cor ♌ occidit flat Aquilo,& interdum pluit,& ſecũdum Cardanum Fauonij inſurgunt.

Delphino occidente ventorum concurſus fit cum niuibus,& Cardano teſte tunc dies hyemant.

Vindemiator exoriens Aquilonem gelidum mouet.

Cornu ♈ exoriens pluuias aut niues ciet.

Arcturus veſperi exoriens tempeſtates mouet.

Dum nebuloſa ſequens aculeũ ♏ occidit mane,nebuloſum fit cęlũ.

Virgiliarum exortus Fauonium excitat, ſed Cardano Subſolanum excitat ventum.

Ex veſpertino Sirij occaſu conturbatur aer ab Auſtro, & Aquilo ſimul permiſcetur.

Occaſus hyadum matutinus facit veris conuerſionem, & tunc flat Auſter,& poſtridie fit Auſtrina dies & pluuia.

Pleiades dum occidunt veſperi, Auſtrum ventum admouent, qui tandem ad Fauonium deuoluitur.

Suculæ exorientes pluuias afferunt.

Arcturus occidens mane aeris facit temperiem.

Cum Orion exorietur, Fauonius ſpirat.

Lucida coronæ mane occidente flat Auſter.

Occaſus veſpertinus aſelli Borei Etheſiarum prodromos Aquilones excitat.

Dum Aquila occidit mane flat Africus,ardenteſque ſunt æſtus.

Regulus mane exoriens Aquilonem ventum promouet.

Arcturo mane exoriente imbres cadunt, & poſt biduum hirundines non videntur.

Corona matutino exoriente venti commutantur, aſperaque in mari fit hyems.

Cane occidente Auſtrina dies fit.

Orione occidente Fauonius ſpirat,& Auſtro flante pluit.

Cum Suculæ occidunt mane,gelidæ cadunt pluuiæ.

Cæterum quæ nos ipſi obſeruauimus in ſtellis cum Sole congredientibus afferamus nunc.

☉ Exoriens cum aſellis,& præſepè ſubitam auræ turbationem cum imbribus tonitruis & fulgure facit.

Sol exoriens cum Arcturo ventos ac tempeſtates mouet.

Sol exoriens cum Delphino ventos affert,& ſic cum capite ♊ antecedente,vel cum ſtellis Trianguli.

Sol

Sol exoriens cum Aquila niuem producit, & ſic cum cauda ♑, vel cum capite Meduſæ.

Sol exoriens cum lancibus pluuiam cum ventis affert.

Sol exoriens cum ſtellis orionis, vel cum oculo ♉ mouet pluuiam cum ventis, & interdum cum tonitruis, & fulminibus.

Sol cum ijſdem occidens facit aerem turbidũ cum ventis, & quandoque tempeſtatem cum imbribus.

Sol exoriens cum Vmbilico Andromedę, vel cum ſtellis Ceti, vel cũ ♈ cornu, vel cum cauda eiuſdem, vel cum nexu ♓, aut cum ſtellis in ventre ♓, vel cum Fomahand turbidum facit tempus, vel humidum.

Sol congrediens cũ nebuloſis ſtellis, quæ ſunt in ♌, vel Orione, vel ♐, nubiloſum facit tempus. Idem facit cum dorſo ♌, cum lucida hydræ, cum cauda ♌, cum corona, & cum ſtellis frontis ♏.

☉ exoriens cum cauda ♑ niuem facit, ſaltem frigiditatem & nubes, & ſic cum humero equi maioris.

☉ occidens cũ lyra nubiloſum, vel frigidũ & humidũ tempus facit.

☉ cum dorſo ♑ auget frigus.

☉ cum pleiadibus nubila, aut pluuias adducit.

☉ cum corde ♌ imbres facit cum tonitruis, & fulgoribus.

☉ cũ cane maiore ſerenũ, calidũ, cum fulminib. & tonitruis qñque.

☉ cum Acarnar, vel cum ſtellis Iouialibus ſerenat & aerem calidũ ad temperiem facit.

In vniuerſum vero Sol cum ſtellis Saturninis nubiloſum facit aerẽ cum frigore, & interdum cum imbribus, vel niue. Cum Venereis humiditates & pluuias, cum Martialibus æſtus, tonitrua, & fulmina cũ tempeſtatibus. Cum Mercurialibus & Solaribus ventos. Cum lunaribus maris perturbationes. Cum ſtellis de natura ♄ & ♂ facit æſtus & ſuffocationes.

Nunc autem reliquorum planetarum cum affixis ſideribus cõgreſſus proponamus ex noſtris obſeruationibus.

Saturnus cum lucida tranſtri nauis ſiccitatem affert.

♄ cũ capite Meduſæ frigiditatẽ & humiditatẽ aliquot dieb. ꝓducit

♄ cum cauda ♈, vel cũ ſtellis Cæti, vel cũ Vmbilico Andromedæ, aut cũ cornu ♑, aut cum ſtellis in nexu, aut vẽtre ♓, facit nubiloſum, turbidum, & frigidum tempus, & interdum cum pluuijs, vel niuibus.

♄ cum pleiadibus facit auram turbidam, & nebuloſam, & quando que pluuioſam, vel niuoſam.

♄ cum ſtellis Orionis imbres facit, & interdũ tẽpeſtates cum vẽtis.

♄ cum arcturo ventos facit cum pluuijs.

♄ cum ſpica ſubitam facit aeris alterationem cum imbribus, tonitruis & fulgure.

♄ cum lucida coronæ, vel cum Delphino, vel cum cauda ♑, vel cum

mcu pleiadibus, vel cum lyra, humidum & nubiloſum tempus facit, & quandoque ſubſequuntur pluuiæ, vel nix.

♄ cum præſepe, & aſellis nubes, & pluuiam, & interdum cum ventis tonitruis & fulgure adducit, & ſic cum hyadibus.

♄ cum corde ♌ auram inſtabilem, nubiloſam, cum pluuijs & tonitruis, & remiſſionem frigoris hyeme.

♄ cum cane maiore auram facit pluuioſam, & ventoſam cum fulminibus & tonitruis.

Idem ferè facit Venus cum ijſdem ſtellis, deinde Luna, ſed tamen mutationes aeris, quæ à Luna fiunt cito pertranſeunt propter velocitatem ſui motus.

Quæ autem de Sole diximus, eadem facit Iupiter, ſed mitius deinde Mars, ſed cum maiori vehementia.

Exortus ♃ cum regulo hyeme ſerenat, & remittit frigus ad liquefactionem, æſtate verò æſtuat & fulgura facit. Idem cum ceruice ♌ ventos mouet, & cum Acarnar quoque ſerenat.

♂ cum cauda ♑ exoriens auram remiſſam in calore facit cum magna humiditate, cum ſtellis frontis ♏ humiditatem niuoſam hyeme affert, & ſic cum cauda ♏, vel cum corde eiuſdem.

♂ cum arcturo vehementes ventorum flatus facit cum tonitruis & fulminibus ac pluuijs.

♂ cum Aquila hyeme niuem, vel pluuiam æſtate adducit ad multos dies cum frigiditate.

Poſtremò Mercurius cum ijſdem ſtellis fixis cógrediens euidentes facit aeris alterationes. Nam cum pleiadibus pluuiam facit cum ventis, & ſic cum lancibus. Cum aquila humiditatem facit niuoſam, vel pluuioſam cum ventis.

Cum ſtellis orionis, hyadibus, regulo, cane maiore, vel minore imbres cum ventis tempeſtuoſis tonitruis, & fulminibus affert, cum cauda ♑ ventos producit frigidos, & in quibuſdam locis cúm niue vel imbribus. Cum dorſo ♌, vel cum ceruice eiuſdem humiditates efficit cũ ventis, & cum cauda ♌, vel cum ſpica ♍, aut cum lyra ſubitam facit aeris turbationem ad humiditatem, & quandoque cum ventis, & ſic de ſingulis.

Demum verò hoc pręcipuum eſt admouendum, inſignes contingere mutationes temporum, vel tempeſtates, cum planetæ ipſi cum affixis ſtellis exorientes, vel occidentes fuerint in ſtationibus ſuis, vel retrogradi.

De

De ventis. Cap. XI.

VENTORVM cognitio valde neceſſaria eſt in dignoſcēdis aeris mutationibus,vt ſupra diximus,quorum pertractationem breuiter perſtringemus,& relictis quidē antiquorum varijs opinionibus circa ipſorum numerum,eam tantum perſequemur, quæ à modernis Hydrographis & Aſtrologis comprobatur,diuidentes primum ipſos ventos in tres claſſes, nempe in cardinales, ſeu principales, in medianos,ſeu intermedios , & in minus principales, qui cardinalibus ventis vtrinque laterales ſunt, quorum aliqui dicuntur propriè laterales,aliqui verò collaterales.

Cardinales ſeu principales venti quatuor ſunt ſic dicti, quod à quatuor mundi cardinibus, ſeu plagis præcipuis ſpirent, quæ ſunt oriens, occidens, ſeptentrio, & meridies, & hi venti ſunt Subſolanus, Fauonius, Auſter, & Septentrio.

Subſolanus à naſcente Sole, & ab oriente æquinoctiali perflat, hic etiam vocatur Eurus,quaſi ab ortu fluens,& Apeliotes, ſimiliter à Sole.Eſt autem calidus,& ſiccus,ſed tamen cum inſigni tēperie, ideoque à Ptolemæo ſanguineus dicitur,licet alij ponant ipſum eſſe igneum & cholericum,eſtque purus,tenuis, ſuauis, & ſaluber, & potiſſimum mane,quia venenis,& contagionibus eſt aduerſus, & corpora ſana conſeruat:hyeme tamen frigidus eſt & gelu auget, quia validior eſt,& à gelido Saturno mouetur. Hic exoriente Sole vires acquirit, & noctu plerumque ſilet,cum autem cum cęlo ſereno flare incipit de die in noctem perſeuerat. Si pluat eo perflante,quod rarius fit,non prius ceſſabunt ſtillando nubes, quàm rutili cadat orbita Solis.

Fauonius ab occaſu Solis æquinoctiali ſpirans, ſic dicitur à fauendo quod cunctis faueat, vel à fouendo, quod cuncta foueat. Hunc alij Zephyrum etiam appellant. Eſt autem hic ventus tepidus & humidus, aqueus,phlegmaticus, & vernus, & Aprili menſi maximè peculiaris, qui temperie quadam caloris, & humidi niues, glaciemque reſoluit, præterea idem ventus non ſolum pluuius eſt, ſed tonitrua etiam excitat,& ſæpiſſimè rapidus vaſta flatibus agitat æquora, varias corporum patit mutationes,& humorum perturbationes. Solet autem tenui frigore ſaluber aliàs ambiguus eſſe, & ſpirat potiſſimum cum accedunt ad nos aues Vere, & cum recedunt autumno Plinius hunc genitalem ſpiritum vocat,quo animalia recreantur, luxuriant, & Venerem ſobolis gratia appetunt.

Auſter ventus qui à cardine meridiei exoritur,ſic vocatur ab aquatum hauſtu,humoreque,& Græcis dicitur Notus à nocendo, quia hu-

miditate

miditate ſua ſeminibus, fructibus, & animantibus nocet. Eſt autem calidus & humidus, morbidus, æſtuoſus, fulmineus, noxius, & peſtilens, generat autem nubes, pluuias, & tonitrua, niſi diutius flet, tunc enim ſerenitatem & ſuffocantem calorem adducit. Solet morbos multos excitare, vt febres putridas, & peſtilentes, pleuritides, alioſque morbos contagioſos.

Septentrionalis ventus ab Arctico cardine ſeu à poli mundi manifeſti regione veniens, ſic denominatur à ſeptenario ſtellarum vrſæ minoris numero. Græcis dicitur Aparctias, quod ab Arcto flet, eſtque generaliter frigidus & ſiccus, terreus ſerenitatis author, ſine pluuia, niuoſus corruptionis vindex, & omnium ſaluberrimus, licet floreſcentibus arboribus, ac germinanti viti pernitiem afferat.

Mediani ſeu intermedij venti principales ſunt, qui inter cardinales perfectè medij ſunt, & hi quaternario numero complentur, ſicut & illi, dicuntque Borrhapeliotes, Notapeliotes, Notolybicus, & Borrolybicus.

Borrhapeliotes medio loco ſpirat inter ortum & Septentrionem, ſeu inter Orientalem, & Occidentalem plagam. Hic à noſtris Græcus vulgò vocatur, quia per Græciæ regionis medium tranſit. Eſtque frigidus, & ſiccus, & vtriuſque naturæ particeps nempe. Ortus, & Septentrionis, inter quos medius eſt nubicoſus vt plurimum, & aliquando niuoſus, ſed tamen rarò.

Notapeliotes eſt ventus ortui, & meridiei æquè interiectus, qui à noſtris Syroccus nominatur, quaſi Syriacus, quia per medium Syriæ regionis tranſit, qui profectò debilis & ſilens eſt ventus. Eſt tamen humidior Euro, & ſæpè in Auſtri naturam degenerãs, qui licet pluuiam non afferat, nihilominus nubilum, & obſcurum reddit cœlum.

Notolybicus medium occupat locũ ex æquo inter occaſum, & meridiẽ, & vulgò Lebecius, ſeu Garbinus vocatur, quia acer nobis videtur, tum propter eius malam naturam, tum ẽt quia tempus ſerenum in nubiloſum, & pluuioſum ferè ſemper conuertit. Vnde hic ventus humidus, & tempeſtuoſus eſt ac morboſus, ſed minus, quàm venti Auſtrini.

Borrholybicus Septentrioni & occaſui ęquali diſtantia interiacens vocatur à noſtris Magiſtralis, quaſi nauigationis magiſter ſit in Mediterraneo Mari, vbi obſeruatus fuit: eſt autem humidus, & nimboſus, & æſtate tonitruoſus. ſolet hic ventus ſicut Corus, & Circius cum intermedijs flatuum gyros, & procellas eas gignere, quæ dicuntur turbines, vertices, & typhones, Autumnoque plerumque adueniunt, vel etiam Vere, ſuntq; venti repẽtini, & violenti, ideoq; periculoſi, & formidãdi.

Minus principales venti dicuntur qui quatuor cardinalibus ventis vtrinq; adiacent tanquã ſatellites, & conditionẽ plagæ illorũ ſequũtur, vt alij quidẽ ſint Oriẽtales, alij Occidẽtales, alij Septentrionales, & alij

Auſtra-

Auſtrales. Sed in vniuerſum dirimũtur hi venti in 8 Laterales,qui ſunt Cęcias, Aquilo, Cyrcius, Corus, Africus, Libanotus, Phenix, & Eurus. & in 16 Collaterales qui eadem nomina retinent cum præpoſitione vocum Meſo & Vpo, & Meſon quidem ſignificat intermedium inter principalem ſcilicet & lateralem. Sed Vpo additur ad ſignificandum quod ille ventus quaſi ſuo laterali ſubiectus ſit. Vulgares nautæ hos 16 ventos quartas vocant, vt videre eſt in figura 32 ventorum quam nautæ in pyxide magnetica obſeruant.

Cæterum ad vnamquamque plagam referuntur duo Laterales venti & quatuor Collaterales, vt connumerato etiam vẽto principali ſint ſeptem ad vnamquamque plagam; vnde ſic quatuor mundi plagæ, lato modo acceptæ, ſeparantur ab inuicem ab illis quatuor ventis, quos ſupra medianos ſeu intermedios principales vocauimus.

Orientales Venti.

Orientales venti præter Subſolanum,qui propriè competit vero Orienti æquinoctiali ſunt ſex, quorum tres ſunt ab Oriente Brumali nẽpe Vpoeurus, Vulturnus, & Meſeurus, & totidem ab ortu ſolſtitiali, videlicet Meſocęcias, Cęcias, & Vpocęcias; qui omnes vt plurimum ſiccitate ſua ſalubres ſunt, & ſereni,præſertim in initio diei, licet cum aliquo diſcrimine,vt nunc dicemus. Aeſtate calidi ſunt, Hyeme gelidi; oriuntur autem, vt plurimum, & augetur oriente Sole, & deſinunt noctu. Quòd ſi pluuia illis exorientibus incęperit,quod tamen rarò cõtingit,non ceſſabit,niſi elapſo integro die.

Vpoeurus, & Meſocęcias Collaterales venti, ſeu quartæ proximè adiacent Subſolano,cui robore ſunt penè æquales.

Vulturnus eſt Collateralis ventus ad ortum Brumalem ſpirans, qui dictus fuit à volando, quod altè ſpiret, & vulturis volatum imitetur, dicitur quoque Eurus, licet quidam ipſum cardinalem ventum ſic nominent. Hic quamuis Subſolani naturam referat calidam ſcilicet & ſiccam, tamen ab Auſtrali regione vicina aliquid humoris tepidi contrahit, & aliquando in Auſtri naturam degenerat. Eſt itaque initio ſiccus ſæpiſſimè, & ſub finem humidus, nubifer, perturbans aerem, tonitruoſus, ac repentinus, qui quidem ſi à ſerena cęli parte flare incipiat non diu durat.

Meſeurus magis accedit ad Auſtrum quàm Vulturnus, qui eandem cum vicino Notapeliote naturam refert, nam ambo humidiores ſunt Euro, deſinuntque in Auſtrum ac niuoſi etiam ſunt.

Cęcias eſt ventus ſpirans ab exortu ſolſtitiali, qui ſic vocatur à fluuio Cęci Helleſponti vbi venit, & à nonnullis eadem ratione Helle-

ſpontius dicitur. Hic autem & ſi debeat eſſe cum Subſolano calidus, frigoris tamen non parum à Septentrione aſſumit, quare frigidior, & inconſtantior eſt Subſolano, & valido flatu ſubinde moleſtus, nubifer, & interdum pluuius.

Vpocęcias aliquanto borealior eſt, quam ſit Cęcias, ſeu Helleſpontius, & proinde illo etiam frigidior eſt, & gelidus.

Occidentales venti.

Præcipuus ventus ab occidentè erumpens eſt, vt ſuperius diximus, Fauonius, ſeu Zephirus, qui reſpicit propriè occidentem æquinoctialem, cui à lateribus aſtant ſex alij venti, nempe tres ad occaſum Brumalem verſus meridiem, qui ſunt Vpafricus, Africus, & Meſafricus, & tres ad occaſum æſtiualem verſus Boream; & hi ſunt Meſocorus, Corus, & Vpocorus. Hos occidentales ventos ſubfrigidos eſſe omnes, Ariſtoteles tradidit, quos tamen experientia conſtat eſſe humidos, & tepidos, pręſertim æſtate cum tepidis pluuijs, hi autem in fine diei ſalubriores ſunt, quod à Sole repurgantur, & acceſſu temperatiores, quam initio. Sæpè etiam ſereni ſunt, & hyemem reſoluunt.

Vpafricus, & Meſocorus ſicut proximiores ſunt & collaterales Fauonio, ita quam proximè ad eius naturam accedunt, & hi ſæpè alternas mutant ſtationes.

Africus, ſeu Lybicus ab Africa & Lybia regionibus dicitur, & eſt lateralis Fauonio, ac ortum ducit à Brumali occaſu. Eſt frigidus, quia validus, nubifer, & humidus, pluuioſus, & tempeſtatis index.

Meſafricus magis recedit ab occaſu, quàm Africus, & proinde cum ſit Auſtralior participat quodammodo naturam ventorum Auſtraliū. Sed propriè Notolybico vento aſſimilatur ei vicino, amboque ſunt minus humidi & tempeſtuoſi, & minus etiam morboſi, quam reliqui, qui ſunt ad Auſtrum.

Corus, ſeu Caurus à ſiccitate ſic vocatus, eſt ventus lateralis Fauonij exoriens ab occaſu æſtiuali, qui & Argeſtes à procellis vocatur, & Olympias à monte Olympo, quod Græcis cum tractum non excederet, Sciron etiam illis dictus à rupe quadam, vbi ſpirat. Eſt autem de ſui natura frigidus & humidus, ſed initio ſiccus, procelloſus, impetuoſus, niuoſus, grandinoſus, violentus, fulgura interdum excitat, & procelloſus euertit æquora. Hic propriè Apuliam infeſtat æſtate peſte, & hyeme rigore, ac acerrimo frigore omnia arefacit. Hoc flante, in oriente ſereno die nubila plerumque ſpectantur.

Vpocorus recedens magis à Coro verſus Auſtrum refert maximè naturam Borrholybici, cui vicinus eſt, nempe humidam & nimboſam, & æſtate quoque tonitruoſus eſt.

Me-

Meridionales venti.

Meridionales venti omnes calidi nobis ſunt, humidiſſimi, tenebroſi, pluuij, graues, minus ſalubres & morboſi, quia ſunt putredinis authores, quibus quidem ſpirantibus acquirit aer calidum, & humidum temperamentum peſſimum, ac putredini obnoxium. Vnde tunc nec cellaria, ædes, nec granaria aperienda ſunt, præcipuè autem cum feneſtræ illis oppoſitæ ſunt. Cæterum hi Auſtrales venti paucis diebus perflantes aerem ſerenant, validiores & diuturni cum ſunt turbatur cœlum, & quo diutius flant eò maiores euadunt, ſeuioresq; in mari excitant tempeſtates. Horum primarius eſt Auſter à cardine Auſtrino pro rumpens, de quo ſupra egimus, cuius ſatellites ſunt tres verſus ortum Brumalem, nempe Meſophęnix, Fęnicius, & Vpophęnix; & tres ver ſus occaſum Brumalem ſcilicet Meſolybanotus, Lybanotus, & Vpolybanotus.

Meſophęnix, & Meſolybanotus Auſtri ſtipatores ſunt & cæteris proximiores, ac eiuſdem ferè naturæ cum illo.

Phęnix, ſeu Phęnicias, qui & Euroauſter dicitur, & Euronotus calidus & humidus eſt, & aereus, ſubindeque eo flante apparent alto radiantia fulmina cęli, nubes cogit, & morbos adducit.

Vpophęnix tanquam orienti vicinior ſiccior & ſalubrior illo eſt.

Lybanotus, ſeu Auſtroafricus eſt magis humidus, quàm calidus, tẽperatus, aereus, pluuioſus, tonans, inclinans ad calorem, & quia cum Auſtro communicat etiam morbifer & noxius eſt.

Vpolybanotus cum ſit Lybanoto magis ad occidentem vergens ad temperamentum quoque inclinat, & eſt roridus.

Venti Septentrionales.

Septentrionales venti omnes frigidi & ſicci ſunt, ſerenitatiſque authores niſi vehementer frigidi ſint. nobis etenim Septentrio ob receſſum Solis ab illo, natura & ſitu refrigerat, exſiccat ob ſummum robur, conſtringit corpora, poroſque cutis, nubes diuidit, aerem peſtiferum leuans. Aparctias principalis & cardinalis eſt, cui lateralis eſt verſum ortum æſtiualem, Aquilo ſeu Boreas, & collaterales Vpaquilo, & Meſaquilo. At verſus occaſum æſtiualem lateralis eſt Circius & collaterales Meſocircius, & Vpocircius.

Vpaquilo & Meſocircius, qui proximiores Septentrioni ſunt, eandem obtinent cum illo naturam. Sed Meſocircius grandinoſus eſt, niuiumque parens ob vicinitatem Circij.

Aquilo lateralis eſt verſus ortum, qui ſic à Latinis dicitur à vehe-

mentiſſimo ac celerrimo flatu; quaſi Aquilæ volatu, vocatur à nonnullis Boreas à nutrimento, quia ſementa, fructus, & animantia valdè nutrit; vel dicitur à boatu quod flatus ſit violenti & ſonori, ſed ſæpenumero Aquilo, vel Boreas accipitur pro cardinali vento Septentrionali. Eſt autem frigidus, & ſiccus ſicut reliqui Septentrionales venti, & aerem purgans pro ratione temporis grandinoſus, ſalubris, niuoſus, & corruptionis vindex.

Meſaquilo frigidus & ſiccus eſt, ſed non adeo ſicut Aquilo, à quo magis verſus ortum recedit.

Circius lateralis eſt ventus Septentrioni ad occaſum, ſic à Latinis à turbine, & vertigine dictus, quaſi omnia turbet & circumuertat. Vocatur etiam Traſcias, quia per Thraciam regionem ſpirat. Hiſpanis dicitur Gallicus, quia illis à parte Galliæ flat. Hic frigidus & ſiccus eſt ac terreus & ventorum gyros, ac niuium congelationes facit & grandines, atque imbrium authoreſt, vehemens, procelloſus cum impetu ruens; ſæuiſſimus autem eſt in Gallia Narbonenſi.

Vpocircius magis ad occaſum declinat, & humidior eſt Circio, cuius naturam maxima ex parte imitatur.

De Eteſijs ſeu Anniuerſarijs ventis.

Sunt quidam venti anniuerſarij, qui ſtatis anni temporibus ſuboriuntur, & communiter dicunt Eteſiæ, ſeu Prodromi, & hi quidem nó ab eadem cęli parte prodeunt vbique, ſed à diuerſis.

Hi autem venti in Italia ab Aquilone ſpirant, in Hiſpania, & Aſia ab oriente, in reliquis mundi partibus à meridie; apud occidentales enim gentes ex Septentrionalibus mutari ſolent in occidentales vſque ad Fauonium; apud orientales verò degenerant in ventos orientales vſque ad Subſolanum.

Eteſiæ ſunt quidem duplices, nempe æſtiui & hyberni. Aeſtiui ſolẽt ſpirare octo circiter diebus ante caniculæ exortum, qua ratione dicuntur prodromi poſt ſcilicet ſolſtitium æſtiuum, & perflant diebus 40. ità tamen vt quotidie à tertia diei hora exurgant, & nocte conquieſcant. Eteſiæ autem hyberni contrarij ſunt æſtiuis, contrarioque exoriuntur tempore, hoc eſt poſt brumam diebus circiter 70. ſuntque hi illis exiliores.

Sic quoque Ornithias, & Chelidonius, qui ab hirundinum aduentu dicitur à diuerſis ſtationibus ſub diuerſis terræ tractibus oriuntur circa Veſpertinum Arcturi exortum Veris tempore, humilis autem circa terræ latera fertur, & omnium commodiſſimus eſt. Vt plurimum verò in Fauonium conuertitur.

Aſtrolo-

Aſtrologicæ ventorum prognoſticationes. Cap. XII.

VENTORVM indicationes à pluribus pendent cauſis, hoc eſt à natura planetarum dominantium tempori, ab eorum ſitu in mundo, à latitudine eorundem, à planetis quibus ☽ quotidie applicat, ab inclinatione Lunæ in latitudinem, ab applicatione ☿ ad planetas, à quibuſdam planetarum congreſſibus particularibus, à proprietate trigonum Zodiaci, & vltimo tandem ab ortu, vel occaſu ſtellarum fixarum cum Sole, vel cum planetis.

Primò quidem planetis ſui peculiares venti aſſignantur, quos plerumque commouent, vt Saturno orientales, & ędificia proſternentes Ioui boreales, temperatos, ſanos & fęcundos. Marti occidentales Africos, atque Auſtrales morboſos & peſtiferos. Veneri meridionales etiã. Mercurio verò omnes indifferenter, nam adiuuat omnes planetas, cum quibus congreditur. Sol autem & Luna licet generales ſint ventorum cauſæ, ſuos quoque particulares habent ventos, hoc eſt Sol orientales, & Luna occidentales.

Secundò animaduertendus eſt ſitus planetarum in figura cœleſti ventos ſignificantium, & quam habeãt latitudinem. Enimuero ex cœli medio & ex latitudine & declinatione Auſtrali ventos ab Auſtro excitant. Ex imo autem cœli, & ex latitudine, ac declinatione Boreali, ventos à Borea cient, ex orientis angulo, vel cum primum à Sole orientales ſunt, orientales etiam ventos, & cum occidentales ſunt in mundo vel à Sole occidentales itidem pariunt ventos. Intermedios verò mouent ventos cum planetæ ipſi debiles fuerint in mundo.

Tertiò animaduertendum eſt quibus planetis Luna applicat, nam ſi aderit ſignificatio ventorum ab alijs cauſis venti excitabuntur ab illis planetis, & attendenda erit etiam latitudo Lunæ ab Ecliptica, nam ab illamet plaga erumpunt venti in quam Luna ipſa inclinabit.

Quartò reſpice applicationem Mercurij ad planetas, nam ſi applicuerit ♄ erit ventus fortis, tenebræ magnæ & pluuia. Si Ioui erunt venti mites ſine pluuia. Si Marti ventus calidus. Si Soli vẽtus calidus cum corruptione. Si Veneri ventus humidus producetur, & cum ipſe Mercurius mutat latitudinem, & cum ſit deſcendens in latitudine ſignificat auram ventoſam. Cum ſit ſtationarius, vel quando retropedat, aut exit de vno ſigno & intrat aliud ſignificat ventos fortes.

Quintò Trigonis Zodiaci deſtinati ſunt peculares venti, & illi

quidem,

quidem, quos ſupra nominauimus medianos, ſeu intermedios cardinalibusquatuor ventis aut illis vicinos. Nam ♈, ♌, & ♐, Triangulum Borrholybicum eſt, & excitat ventos inter occidentem & ſeptentrionem. Trigonum ♉, ♍, & ♑, Notapeliotes ſeu Auſtriſolanum eſt, ventos promouens inter Auſtrum & occidentem.

Triangulum ♊, ♎, & ♒, Borropelioticum eſt, cui conueniunt venti inter orientem, & Boream, & denique Triangulum ♋, ♏, & ♓, Notolibycum, ideſt Auſtriafricum eſt, promouens ventos inter Auſtrum & occidentem.

Vltimo ſtellæ fixæ, quando cum Sole, vel etiam cum Luna & planetis reliquis exoriuntur, vel occidunt ſuos peculiares creat ventos, & illarum quidem exortus, & occaſus obſeruandi ſunt ad ſingulos Horizontes: nos autem has paucas obſeruationes ab alijs collectas dabimús, & prout etiam nos ipſi obſeruauimus.

Cordis ♌ occaſus cum Sole Fauonios excitat perdurantes dies nouem.

Aquila occidens matutino cum Sole Eteſias ventos ſuſcitat.

Virgiliarum exortus ſubſolanum excitat ventum.

Caniculæ exortum octo diebus antecedunt prodromi Aquilonares ſuccedunt illis poſt duos dies Eteſiæ venti, qui perdurant 40. diebus, quibus caniculæ etiam vis viget.

Ante occaſum arcturi cum Sole venti ſpirant Auſtrini.

Corus in autumni æquinoctio erumpit.

Virgiliarum occaſus cum Sole excitat Aquilonem hyemalem.

Sol exoriens cum Delphino ventos affert.

Sol, vel ♄, vel ♃, aut ♂, aut ♀ exoriens vel occidens cum Arcturo, vel cum capite ♊ antecedéte procreat ventos. Sic quoque cum ventre ♓ meridionalis cum ſtellis trianguli, cum humero dextro Aurigæ, cum ſtellis Herculis, & cum ſtellis ♒. Cum corona autem, aut cum lancibus, aut cum cingolo ♍, aut cum præſepe, & aſellis ventos facit cum pluuia, aut humiditate, & cum ſtellis orionis ciet ventos cũ nubibus, & tẽpeſtatibus, & præſertim ſi ſtationarij fuerint dicti planetæ.

Mercurius procreat etiam ventos exoriens, vel occidens cum capite ♊ antecedente, vel cum cauda ♌, vel cum ceruice ♌, vel cum præuindemiatrice, vel cum lucida tranſtri nauis, vel cum crure pegaſi, vel cum Aquila, aut cum Delphino.

Idem ☿ oriens, vel occidens cum crure ♒, vel cum ventre ceti, vel cum lyra, vel cum pleiadibus, vel cum Fomahand, vel cum lucida hydræ, vel cum nebuloſa ♐, vel cum ſtellis in fronte Scorpij facit ventos cum nebulis, & interdum cum frigiditate.

☿ Oriens, vel occidens cum cornu ♈ facit ventos aſperos cum frigiditate, & nebulis. Sic quoque cum cauda ♑, vel cum nexu ♓.